10 partes poſſunt tribuere,quia † nec amiſſam ex conſenſu partium
poſſet reſumere.s̃.de offi.dele.ſignificantibus.Sed.B.contra nota-
uit.arg.ſupra eo.præſenti.in fi.Tu dic,ꝙ non obſtat,quia ibi valēt
literæ,ſed eis obſtat exceptio inducta pro commodo priuatorū ,
vnde ei renuntiari poteſt.j̃.de foro competen.ſi diligenti. §. pen.
hic vero nullæ ſunt literæ , nec valet proceſſus habitus per eaſdē,
vt hic dicit,& ideo patet , ꝙ aliud eſt hic , quam ibi,de hac mate-
ria plene no.ſupra eo. dilectus filius abbas [Alias]ver.[Fatigaue-
rit.] in iudicium.ſ.trahendo.s̃.e.cæterum. ergo ſi fatigauerit præ-
miſſa pœna proxima,ꝙ nullæ ſint literę,vt hic,& in præmiſſis in
nuit,locum habet.[Expenſis.]ſub.& damnis,vt no.s̃.e.quia non-
nulli.§.fi.& quantū ad hoc nihil ampliatur hic.imo minus dicit,
vt no. in Grego. quia nonnulli.[Legitimis.] ſ.ſm.l. præmiſſa ta-
xatione iudicis.in Auth.de iudicibus.§.oportet.coll.vj. quod dic,
vt plene no.s̃.de dolo & contu.finem.& in Summa eiuſdem ti.§.
qua pœna.ſub.§ punitur etiam contumax.& ſeq. [Condemnan
11 dus.] hoc generale eſt,vt qui † malitioſe fatigat aduerſarium, pu-
nitur in expenſis.s̃.eo.c.cæterum.& c.fi.s̃.de do.& contu.c.ij. & c.
finem.& j̃.de pœnis.calumniam.& j̃.de maio.& obe.c.fi.j̃.de ap.
vt debitus.¶[Reus quoque.] iij.pars. In his autem quæ hic dicun-
tur,& ab hoc loco vſq; in finem ampliatur Grego.vt no.ſuper ver
bo,ampliantes.[Durante.]hoc ideo dicit: quia iudicio finito po-
teſt quilibet,quem voluerit,impetrare,vt no.s̃.ſuper verbo,litera-
rum.[Reconuentionis beneficio.]q.d.ante li.conte. ſuper libello
12 primo † ab actore oblato.nam li.conteſt.non haberet locum be
neficium reconuentionis,ſed conuentionis beneficium tm̄,& ra
tio ſequitur.[Vel ]ver.ſubaudi,ſi iam fuerit lis conte.[Cōuentio-
nis.]repete beneficio.[Si tamen literas]&c.quaſi dicat,quia de cę
13 tero † primæ non poſſunt ad hoc extendi,& ideo,ſi vult ipſum re
conuenire, non poteſt, & ſi conuenire, nec iſtud quidem poteſt
coram alio iudice etiā ordinario,niſi primo lite finita.C. de ſent.
& interlocutione omnium iudi.auth.& conſequenter. neq; co-
ram eodem delegato,niſi ad eūdem literas impetret, ergo ſi vult
conuenire,neceſſe habet ad eundem impetrare.& ſm hoc euidē
ter comprobat hæc conſtitutio opinionem illorum,qui dicunt,
14 ꝙ † poſt li.conte.non eſt locus reconuentioni,vt & probat ordo
rubricarum.j̃.de libel.ob.& de mu.pe.& de li. conte. Et eſt ratio:
quia mutuæ petitiones quando proponuntur in modum conuē
tionis & reconuentionis,eodem die debet ſuper vtraq; lis conte-
ſtari,& poſtea mutuo & viciſſim ſunt tractandę,ita ꝙ eadem die
quaſi vna ſententia terminentur,alias illi, ſuper qua iam eſt lis ꝯ-
teſta, non debet parari aliquod impedimentum per conuentio-
nem ſecutam,imo quæ prior præpoſita eſt, primo tractanda eſt,
vt expreſſe probatur.j̃.de mu.pe.c.j.§.fi.& de or.cog.cum dilectus.
§.nos autem.ver.cum ea in modum actionis.& ſequentibus. vbi
de hoc. Quid ſi in modum reconuentionis fuerit actum, & lata
ſententia ſuper prima appellauerit,pars contra quam lata eſt,tūc
non terminabūtur a iudice,a quo appellatum eſt,vna ſnīa.ff.quę
15 ſen.ſi.app.re.l.j.§.fi. Sed ſi reus reconueniat actorem † coram de-
legato,qualis eſt iudex quo ad reconuentionem,nunquid delega
tus,vel ordinarius? Videtur,ꝙ ordinarius: quia a lege habet hanc
iuriſdictionem.ff.de iur.om.iu.& quia.alias. enim ex vi literæ de
alia quæſtione cognoſcere non poſſet,ar.s̃.e.c.fi.s̃.de offi.deleg.P.
& B.Sed dic,ꝙ delegatus cenſetur in vtraq;,& quia iuriſdictio de-
legata ſibi commiſſa prorogatur authoritate iuris,ſicut & alias.s̃.
de off.deleg.c.j.in fi.& c.prudentiam.§.pe. & fi. quod per pactum
partium & ſi nō quo ad perſonas,quo ad quæſtiones fieri poſſet,
ar.j̃.de offi.dele.cū olim abbas.§.quia vero.vbi de hoc.& ꝙ ex vi
literæ prorogatæ procedat iudex in reconuentione,euidenter ap
16 paret.s̃.de mu.pe.c.ij.Quid ſi clericus conueniat † laicum coram
ſeculari iudice,nunquid laicus poteſt ipſum reconuenire crimi-
naliter coram eodem iudice ſeculari? Diſtinguitur, vtrum ſit ta-
le crimen,quod degradationem inducat, vel minorem pœnam
ciuilem,ſi degradationem,tunc non eſt locus reconuentioni, qa
nec iudex poſſet quid tale examinare,cum nec electus confirma
tus hoc poſſet ſm quoſdam.qđ dic,vt no.j̃.de elec.trāſmiſſa.& ſic
ēt intelligi pōt.s̃.de iudi.at ſi clerici.& c.clerici. & c. cum non ab
homine.ideo talis cā remittenda erit ad epm̄,& præiudicat ciuili
primo propoſitę,ar.hic.& j̃.de or.cog.tuam.iiij.q.iiij.§.aliqñ.& ſic
ēt poteſt intelligi.j̃.de iura.calum.c.j.ver.vel ſanctimonialis.Si ve
ro tale eſt,qđ ciuilem & pecuniariam pœnam tm̄ infligat , tunc
erit locus reconuentioni,& diffinitioni, & eps ad requiſitionē iu-
dicis mandabit ſentētiam executioni,ar.j̃.de fo.comp.poſtulaſti.
ff.de re iu.a diuo Pio.§.j.xcvj.di.cum ad verum.[Experiri.]i.agere
nam reus reconueniendo,vel conueniendo actorem,fit actor,ne
que ad aliquos iudices debet recurrere.[Niſi eos.] i. iſtos per acto
rē contra reū impetratos.[Vt ſuſpectos]& c.ſi.j̃.de ap. oblatæ. §.j.
17 ver.ita ꝙ.[Poterit.]puta,qa adhuc † nec tacite,nec expreſſe in eoſ-
dē conſenſit,q̃uis libellum petierit,& diem ad deliberandū obti-
nuerit.ff.de iudi.non vr̃ in iudicem.iij.q.iij. offerat. poſtq̃ autē in
ipſos conſenſerit tacite,vel expreſſe,ipſos recuſare non poterit. j̃.
de of.dele.gratum.& c.ſuper qōnū.§. verū. vel ꝓcurator ſuus nō
excedens mandatum.j̃.de cau.poſ.cum olim.niſi ex noua cā fue
18 rit.j̃.de of.dele.inſinuante. Quid ergo ſi ex noua † cauſa fuerit re-
cuſatus? Dic,ꝙ arbitri de vtroq; cognoſcent,& ad ipſos non alios
erunt literæ impetrandæ,nam coram recuſatis nec conuenietur,
nec reconueniet,vt patet.j̃.de appel.ij.in fi.hoc tm̄ canoniſtæ ple-
ne non determinant,ſed expreſſum eſt.C. de iudi. apertiſſimi.&
l.fi.Sed quid ſi duo erant arbitri,& vnus mortuus ſit ? Hic neceſſe
eſt recurrere ad Papam,cum ille,qui ſolus eſt,nihil poſſit expedi-
re.j̃.de of.dele. cauſam matrimonij. & poteſt impetrari ad arbi-
trium ſolum,vel alium actum,vel deſiderari,ꝙ alius ei iungatur,
dummodo de proceſſu fiat mentio.j̃. de re iu. inter monaſteriū.
ſed melius eſt,ꝙ alius ſubrogetur,& ei aſſocietur. ſicut & fit. j̃. de
of.dele.cauſam.ij.de iu.cauſam.& arg.ff.de vaca.mu.prætor.in fi.
[Simili pœna.]ver.ſ.ꝙ literę ad alios iudices impetratæ non va-
leant,& nullus ſit proceſſus habitus per eaſdem & ſi actorem per
eas fatigauerit, in expenſis legitimis condemnetur. vt s̃. eod. §.
qui vero.

¶De electione. Rubrica.

*SVMMMRIVM.*

1 *Electionis contra formam qui opponitur qualiter punitur ſi non probat , &*
*qualiter qui contra perſonam.& nu.32.*
2 *Electionem contra & poſtulationem & prouiſionem appellari poteſt tam fa-*
*ctam,quam faciendam.*
3 *Appellatione facta contra electionem ſi aliqui acquieuerunt ante electionē*
*an habeat locum conſtitutio.c.j.de elec.in 6.*
*Et quid ſi appellatum fuerit ne electio fiat,niſi canonica.nu.4.*
5 *Confirmans electionem,dum nullus impugnat,an poteſt cum ex officio inqui*
*rit de forma electionis & meritis electi, conſtituere terminum opponere*
*volentibus.*
*Et an debeat citare abſentes quos res tangit.nu.6.& 7.*
8 *Electionis contra formam quando fit,& quando contra formam prouiſionis.*
*& quando contra formam perſonæ.& nu.9.*
10 *Electionem contra qui appellat,ſi proponit vnam cauſam non poteſt alias pro*
*ſequi,& ſi plures propoſuit an ſufficiat vnam probare , ita vt non incidat*
*in pœnam.nu.11.& nu.31.*
12 *Appellatio qualitercunque fiet ſuper beneficijs, tam in iudicio, quam extra*
*ſemper eſt ſeruanda forma.c.j.de elect.in 6.*
13 *Electionem contra ſi plures opponunt an omnes teneantur venire.*
14 *Electionem contra pluribus appellantibus,ſi vnus non venit an debeat pati pę*
*nam a iure debitam,& an ſi proſequens ficte proſequitur.*
15 *Electionem contra qui appellat quæ ſcripta,& inſtrumenta ſua tenetur.*
16 *Electionem contra appellanti eſt dandus terminus ad iter arripiendum infra*
*menſem.& nu.17.*
*Et an hoc termino elapſo poteſt proſequi appellationem.nu.18.& 19.*
20 *Electus infra viginti dies debet petere electionem ſuam confirmari & aliam*
*caſſari appellatione contra eum habita.*

21 *Abſentem contra poteſt fieri miſſio in poſſeſſionem rei eccleſiæ quando agitur de beneficio,tanquam de proprietate.*
22 *Probationes receptæ contra abſentem ante litem conteſtatam quando valeant.*
23 *Procurator an teneatur fidem facere de mandato procuratorio ſi contra eum fuit oppoſitum,poſtquam fuit admiſſus per iudicem vel per curiam facta litis conteſt.vel quaſi.*
24 *Citatus ad proſequendam appellationem ſi non venit,& comparuit poſtea negotio non diffinito,an eſt admittendus.*
25 *Dignitas,perſonatus,& canonia quando æquiparantur,& in quibus.& n.26.*
27 *Probatio ſemiplena non ſufficit,vbi requiritur plena.*
28 *Electionem oppugnans an ſit condemnandus ſi ſemiplene probat.*
29 *Expenſas taxare non licet iudici,minus quam iuratum ſit.*
30 *Calumniari præſumitur qui ſuccumbit.*
32 *Electionem ſi quis impugnauerit,& vult probare hoc feciſſe ob errorem non temeritate,an probato errore liberatur a pœna.*

## CAP. PRIMVM.

STatuimus. Si fuerit electio,vel poſtulatio in aliqua eccleſia facta,& ab aliquo ad ſedē ap̄licā appellatū fuerit,opponēs,& defendens, & quorū intereſt p ſe, vel per ꝓcuratorē infra mēſem a die obiectionis numerādū iter arripiendo ad Papam venire tenentur.Si vna pars cōpareat, alia nō per.xx.dies expectatur, quibus elapſis non obſtante abſentia examinantur,& ſicut decet,finiuntur,hæc etiam,ſi de canonijs agāt,
1 obſeruari præcipiunt.Qui non probauerit,ꝙ† in formā opponit,
in expenſis condemnatur,qui quidem in pſonam ipſo iure a bn̄ficijs eccleſiaſticis p triēniū ſuſpēdit,& ſi ad ipſa ſic ſuſpēſus ſe in geſſerit,ſine ſpe veniæ ipſo iure priuat,is tn̄ ſi ꝓbabiliter errauerit & manifeſtis documētis conſtiterit,excuſatur.[Si quis.]cuius intersit,alias non poſſet appellare,vt probant iura ſignata.ſ̄.de reſcr. præſenti.§.iudicibus.ſup verbo,ad alia loca.ver. quid ſi admittat.
2 [Electionem.]ſ̄.e.innotuit.† & c.bonæ.[Poſtulationem.]ſ̄.de poſtul.præla.bonæ.ij.[Prouiſionem.]ĩ.de conceſ.præb.dilectus. ſ̄.e.ti.cum inter canonicos.§.poſt hæc.& ſequentibus.[Factam.]etiā ſi a facienda fuerit appellatum,dummodo poſtea fuerit ſubſecuta,alioquin tali electioni,quæ facta non eſſet, nihil opponi poſſet,ar.ſ̄.de conſti.cum acceſſiſſent.ff.de contrahē.emp.in lege.cū
3 ſuis ſimilibus.Quid ergo ſi appellationi factæ † ante electionem alij acquieuerunt? licet verba huius cōſtitutionis ad hunc caſum non extendatur,vt ex lectione ipſius patet,mens tn̄,quæ eſt,vt nō impediatur prouiſio eccleſiæ,propter periculum vacationis, extēdi poteſt,puta,ſi appelletur,ne Petrus eligatur: quia adulter,vel ꝑiurus,vel homicida eſt,& propter hoc ſit electio retardata,ar.ſ̄.de elec.cum nobis olim.& c.ne pro defectu.ĩ.de do.& cōtu. finem.
4 Quid ergo ſi appellatum fuerit, † ne fieret electio niſi canonica, & alij poſtea elegerunt? Hic non habet locum hæc litera etiam quo ad mentem,nam ſi alii canonicè non eligant, ſibi poterunt imputare.ſ̄.e.cum nobis olim.quinimo videtur, ꝙ talibus currat tp̄s,cum non eligant,& eligere poſſint.ſ̄.e.c.fi.[Impugnat.] ante confirmationem obtentam,ex quo enim ſuperior ad confirmationem proceſſerit,non habet locum hæc cōſtitutio.ſm̄.d.n. ar. pro & contra.ſ̄.e.cum dilecti.ĩ.de app.conſtitutis.ĩ. de cōce.prēb. poſt electionem.§.fi.ĩ.de accu.ſuper his.& c.accedens. & cū hæc conſtitutio facta ſit,vt talia negotia facilius terminentur, ſi dicamus ipſam habere locum etiam poſt confirmationem,quare errabimus? nā in talibus mora eſt periculoſa.ſ̄.e.cum inter vniuerſas.& c.ne pro defectu.[Poſt confirmationem.]dic,ꝙ poſt confirmationem non imminet ibi periculum,ar.ſ̄.e.tranſmiſſa.& ſ̄.de ap.oblatæ.§. ſuperior. & ideo hæc conſtitutio non extenditur ad confirmatum,ſed habet locum.ĩ.vt li.non conte.qm̄.§.j.& ij.niſi ſimul fieret prouiſio & confirmatio,vt no.ĩ.de cau.poſ. & ꝓprie.
5 cum olim.Quid ſi nullus † impugnat? Nihilominus is, qui confirmat,habet ex officio ſuo inquirere & de forma electionis,& de meritis electi,& de ſtudijs eligentium.ſ̄.eo.poſtquam is.& c.cum nobis olim.§.his igitur.& c.venerabilem.§.j.ver.eſt.n.regulariter & c.reſcriptum.§.per apoſtolicam.& c. ne pro defectu. Sed nun-
6 quid habet † tunc neceſſe citare abſentes, quos tangit? Non,imo tenebit confirmatio facta,vel per ſe,vel per delegatum, eo ſaluo, ꝙ ſi per ſubreptionem aliquid obtentum ſit,adhuc inquiretur de hoc,& ſi reperiatur,retractabitur.ſ̄.e.cum dilecti.ĩ.de cau.poſ. cū olim.ĩ.de do.& contu.cum olim Daniel.& idem eſt de conſecratione.ſufficit enim,ꝙ hæc publicè fiant.lxvij.diſt.reliqui.ſm̄.d.n. hic innuitur contrarium.& ĩ.de tem.or.ſi archiepiſcopi. & c.ſeq.
7 Dicas,ꝙ & ſi † non ſit neceſſe citare abſentes canonicos in confirmatione,tn̄ honeſtum eſt,ꝙ citentur: quia ipſos tangit.ĩ. de offi. archid.ad hæc.§.fi.& de ma.& obe.c. fi. & per ipſos poteſt melius inſtrui confirmator.ĩ.de teſti.veniens.ij.§.fi.& hi ſunt vocandi, q melius veritatem nouerunt.ĩ.qui ma.accu.poſ.videtur.confirmatio autem de conſilio canonicorum confirmatoris fieri debet.ĩ. de his quæ fiunt a præla.nouit.& c.quanto. vbi de hoc: conſecratio vero de conſilio ſuffraganeorū.lxiij. alias. lxiiij. diſt.c.j.ij.& iij.& de hoc no.ſ̄.e.nihil eſt. [In formam.] ſ̄. c. quia propter quā
8 dicit † non eſſe ſeruatam.& ex hoc verbo, iuncto cum illo. quod habes.ĩ.§.hoc autem.habes arg.euidens pro nobis, qui dicimus tiam cum de præbendis,quæ pertinent ad collationem capituli, agitur formam ſeruandam eſſe,vt ibi no.de forma autem dic,vt no.ſ̄.eo.quia propter.& dic in formam electionis, ſcilicet ſcrutinij, vel compromiſſi, vel quaſi inſpirationis, vel in formam poſtulationis.ſcilicet ꝙ non eſt concors.ſ̄.titu.j.bonæ.j.ſ̄.e.ſcriptum vel in formam prouiſionis: quia non erat deuoluta poteſtas, vel ſi erat errauit in iure,vel amiſſa erat per negligentiam.ĩ. de conceſ.præben.dilectus.vel nō prouidit de gremio eccleſiæ,cum poſſet.ſ̄.e.ne pro defectu. licet alij hoc non admittant. quod dic, vt ibi no. hæc enim tria diuerſa ſunt, & diuerſas formas habent.ſ̄. titu.j.bonæ.j.& ij.[Vel perſonam electi.]ſ̄.eo. cum in cunctis. & c.cum Vintonienſis.& c.congregato.ſecundum.B. melius. ſ̄. de conſue.cū dilectus.§.quia nobis.ſ̄.e.cum inter. R. iuniorem.§.fi.
9 Hoc non placet.ſecundum.d.n.cum dicat † perſonam ſingulariter,& ideo illud intelligi debet de perſona electi tantum, nam & qui non probaret,quod contra perſonam eligentis obijcitur, nō propter hoc eſſet ſuſpenſus a beneficijs ſuis per triennium,de qua pœna habes.ĩ.e.§.qui vero. ſed & vbi contra perſonam eligentis obijcitur, hoc eſt potius contra conciliam: quia propter qđ loquitur de forma ſeruāda,vt patet ibi,qui poſſunt.licet illud nō ſit de ſubſtantia formę,de qua ꝯ ꝯciliū.cum in cunctis.quod potiſſime perſonam electi reſpicit propter hoc:quia.ſ.elegerunt,vel volunt eligere perſonam indignā.ſ̄.e.cum inter canonicos. vel contra formā.ſ̄.e.auditis.& c.cum nobis olim. vel contra priuilegia eccleſiæ.ſ̄.e.conſideramus.ſ̄.de conſue.cum dilectus. alias ſi cām non ꝓtendat legitimā,vel ꝓtendat,& nō probet,non impediūtur alij eligere,vt probant proxime inducta iura.ĩ.de his quæ fiunt a maio.par.ca.ex ore.§.fi.niſi.alias.ſed non quādo agitur de electione epōrū.ſm̄ quoſdā.ĩ.de ap.vt debitus.in fi.Alij contrarium ſentiunt:quia & cōtradicūt iura ſuperiora,q̄ & de ep̄atibus loquunt Sed illud verum eſt, ꝙ ſi electus, & maxime confirmatus coram Metropolitano accuſatus ad ſedē apoſtolicam appellauit, etiam ſine cauſa eius eſt appellatio admittenda,& ſic loquitur.c. vt debitus.in fi. ideo etiā poteſt intelligi in omnibus maioribus caſibus, quę tm̄ ſedi apoſtolicæ reſeruantur.ĩ.de tranſla.epi.c j.& ĩ.de off. lega.ꝙ tranſlationem.& ſic poteſt intelligi.ij.q.vj.ad Romanam. j.& ij. & c.omnes epi. & in multis alijs capitulis. hæc tn̄ materia plenius expeditur.ĩ.de accuſa.cum dilectus.dic, vt ibi no. Quid ſi
10 appellans † vnā tm̄ cām expreſſit? Non poterit niſi illam ſolam proſequi.ĩ.de app.cōſtitutis.ij.& c.dilecto.§.fi.& extra.e. cordi no
11 bis.Quid ſi plures propoſuit? Sufficit † probare vnam de illis, dūtn̄ ſufficiens ſit.ĩ.de ap.ſignificante.in fi.ĩ. de præb. cum iam dudum.§.fi.ĩ.de exce. præla.grauis. Sed nunquid habet locum hæc ꝯſtō in appellationibus factis in iudicio? Dicas,ꝙ ſic,puta,appellatur ab eo,qui vult confirmare pro tribunali ſedente,ar.ſ̄.e.c. cum dilecti.ĩ.de ap.conſtitutis.ij.Si vero fiat extra iudicium,puta,appellatur ex cauſa canonica,ne alij eligerent.ĩ.de ap. cum ſit Romana.§. ſi vero a grauamine. in hoc caſu iudex appellationis elapſis terminis,de quibus hic habes, qui vicem obtinent peremptorij, argu. ĩ.de app.perſonas.& c.cum ſit Romana.& c.ſæpe. abſente. appellante examinabitur negotium, & infirmata electione , vel confirmata ſicut de iure fuerit , remittet electum ad ſuum ordinarium: & abſenti imponet pœnam huius conſtitutionis.Si vero appellans præſens eſt,& appellatus abſens,examinabit cauſam appellationis,primo an interſit appellaſſe.ij.q.vj. non ſolent. & ſi reperiat,ꝙ intereſt,inquirat de cauſa,an iuſta fuerit, non dico vera,& ſi hoc reperiat,caſſabit,quicquid factum eſt. ĩ. de ap.ſi duobus.Non obſtat huic.ĩ.de ap.interpoſita. quia illud locum habet in appellatione facta in iudicio.Si vero cauſa minus iuſta ſit, tūc remittet ipſum ad ordinarium ſuum, arg.ĩ.de app. vt debitus.Si autem appelletur in iudicio,tunc habet locum.ĩ.de app. vt debitus.& c.interpoſita. Alij vero dicunt,ꝙ niſi appellans probet veritatem cauſæ,in hoc caſu quantūcunq; alias ſit cauſa rationabilis nunq̃ obtinebit,& hoc tutius eſt, alioquin ordinationes eccleſiarum contingeret pro nihilo impediri.ĩ.de ſup.ne.pręla.c.j.Hodie
12 tn̄ de conſuetudine hæc † conſtitutio multū eſt dilatata, nā qualitercūq; contingat appellari ſuper beneficijs,ſiue in iudicio,ſiue extra iudiciū,quaſi indiſtincte voluerint hanc conſtitutionē ſeruare,pęnā incurrūt,quamuis nihil obijciatur in formam,nec in perſonā. Dicunt enim, ꝙ ſi verba huius conſtitutionis deficiant, non tm̄ mens,ſm̄ quā pp periculū animarū, qđ in talibus imminet, bonum eſt indiſtincte abbreuiare lites , & etiam diffinire,vt patet in eo,qđ le.& no.ĩ.vt li.non ꝯte.qm̄ frequēter.§.ſi vero. & ĩ. de ap.oblatæ.§.quid ſi vnus appellat ad Papam, & alius ad archiepiſcopum.dic,vt ĩ.de ap.ſi duobus. Vel dic, ꝙ indiſtincte procedet Papa,arg.ĩ.de ap.vt debitus.in fi.Vel ille procedet, qui primo citabit,arg.decre.vt debitus.ſecundum.d. n. ſed quod procedit verius eſt,vt patet in eo,quod no.ĩ.de accuſa.cū dilectus. [Ad nos.] vel ad alium proximo ſuperiorē,ſed ideo hoc dicit, qa in talibus ſæpius ad Papā,q̃ ad alium appellatur.ff.de leg. nā ad ea,[Appellari.]vel alio modo deferri , ſed hoc ideo dicit, quia propter appellationem ſæpius hoc contingit.vt ſupra in præceden.glo.ſecūdum do.no.Sed contra in his,quę no.infra eo. ſuper verbo, infra menſem.[Opponit]quocumque modo, vt innuit hoc verbum. is autem vocem actoris obtinet.Quid ſi plures ſint? Nunquid te-
13 nent omnes † venire? Dicas,ꝙ non,niſi appellauerint,vel appellationem factam ratam habuerint , ipſorum tamen abſentia non obſtante iudex procedet,quia,ex quo non veniunt,videntur nolle agere,& ei,quod factum eſt, cōſentire. ff. de appel.ſcio.etenim appellandum eſt, cum ordo interponit appellationis decretum.
14 ff.quando ap.ſit. l.j.§. ſolet.Sed nunquid appellans † non veniens patietur pœnam iſtius cōſtitutionis? Sic,niſi is,q proſequitur,obtineat , nam victoria vnius omnibus proderit. C. ſi vnus ex pluribus.l.j.& ij.infra de ap.vna.Quid ſi is,qui proſequitur , ficte proſequitur,quia forte corruptus eſt,nunquid alius non proſequens poteſt aſſumere eo inuito proſecutionem? Sic.ff.de appel.ab executore.§.illo condemnato. & §. ſequen. Quid ſi proſequens corruptus, & colludens ſe ſuccumbere,& alium obtinere? Dicas , ꝙ iudex de hoc debet inquirere, & ſi de hoc fides fiat , omnia retractabit.arg.infra de collu. dete. ca.fina.infra de do. & contu.cū olim.ſ̄. eo.cū dilecta.§.j. [Defendit]& is loco rei habetur . [Quorū]non alij.[Intereſt].i.intereſſe probabitur.infra de teſti.veniēs. ij.& ſupra eo.conſtitutus.[Contingit] qualitercumque. infra de maio.& obe.c.fi.[Per ſe]vel per procuratorem.ſic infra de do. &
15 cont.cum dilecti.§.j.ad hoc autem vt plene ſunt inſtructi† debēt portare decretum,& omnia ſcripta de electione confecta,& contingentibus. puta, appellatione , vel quia immiſcuit ſe adminiſtrationi, & ſimilibus, & omnia per ſe vult proponere ſine obiectione aduerſarij, de cuius exceptione diuinare nō poteſt, in quo caſu ſi ſe dicat habere inſtrumentum,per quod poteſt ſe defendere contra obiectionem aduerſarij, dabitur ei dilatio.ar.C.de reſti. in integ.l.petendæ.reſpon.j.ſed & ſi contra inſtrumēta ſua aliquid obijciatur,etiam ſuper eo dilationem habebit ex cauſa rationabili.ar.ff.de eden.ſi quis ex argentarijs.§.j.& l.ſequen. teſtes autem ſecum ducere non tenetur,vt patet in eo,quod le.& not. infra de fideiuſ.conſtitutus.§.fin.in prin.[Inſtructos] aliter non eſſet ſufficiens,infra de do.& contu.ca.fina.infra de iura. calum. in pertractandis . & ſunt hæc iura contra illos , qui conſtituunt ſindicos , vel procuratores ignotos,& ideo negant omnia, vnde ſubuenire debet iudex,& cogere,vt inſtructus,& bonæ famę cōſtituatur ar. C.de procurat.l.fi.ff.de procur. ſi actor . & infra, de teſti. extra.ad hæc.alias præſentium . [Ad ſedem apoſtolicam] vel aliam ſuperiorem,ſi adeatur a die obiectionis,ſiue in iudicio,ſiue extra iudicium fiat,nam in vtroque poteſt habere locum.vt ſ̄.Et no. quòd
16 hic † datur terminus ad iter arripiendum.& ĩ.de ſen.& re iudi.cū cauſam. alias ad iudicem adeundum. ĩ. de ap. perſonas. alias ad appellationem proſequendam.ĩ.de appel.cum ſit Romana.ex ratione.ſępe contingit.oblatę alias ad proſecutionem perficiendā. in Aut.de his qui ingre.ad ap.§.ſancimus.coll.v.C.de tempo.ap. aut.ei qui appellat.ſed hic non currit tempus, dum per iudicem ſtetit, ꝙ proceſſum non eſt.C.de tem. ap.cum anterioribus.§. illud.& §.in his.in Auth. vt ſpon.larg. §. hoc quoque & maxime quando appellatur ad Papam.ij.qō.vj. anteriorum.§.ſed lis.item non currit,ſi compromiſſum ſit.in Aut.de ap.§.ſancimus.col 8. item impotentia excuſat.ĩ.de ap.ex ratione. & arg.ĩ.de teſti.ca.ij.
17 [Infra menſem]enumerandum a die† obiectionis emiſſę.vt ſ̄.& appellationis factæ,& ſic currit etiam ignorantibus , & eſt ratio, quia Papa voluit,ꝙ cito prouideretur eccleſijs. ar.ſ̄.e.ne pro defectu.alias ſi non eſſet appellatū,expectaretur aduerſarius p ſex mēſes,vel plus,vel minus ſecundū arbitriū iudicis.ĩ.vt lit.nō cōteſta.
18 quoniam.§.ſi vero.ver.ꝙ ſi forſan. Quid ſi elapſo iſto † termino proſequatur appellationem? Dicas,ꝙ admitti debet , dummodo res integra ſit.ſm̄ d.n.ar.ff.de ceſ.bo.l.iij.ſ̄.e.ti.in cauſis . Quid enī ſi non diſtat a curia niſi per v.dietas , & arripit iter infra v.ebdomadas.& ſic peruenit ante xx.dies, per quos expectabatur , vt ſe-
19 quitur? Alii dicunt,ꝙ† hoc termino elapso non pōt appellationē proſequi.ĩ.de ap.perſonas. licet alias non ꝓſequendo appellationem poſſit in perſonam,vel formam obijcere,quod vult.ĩ.de ap. conſtitutis. & hoc videtur ſeruare conſuetudo curiæ vbi non audiunt aliquem , niſi tempora huius conſtitutionis ſeruauerit , & infra ipſum impetrauerit, auditorem,qui & citationem emittat, alias tamē ſup iure ſuo pōt literas impetrare, hæc tamē ꝯſuetudo videtur contradicere alij cōſuetudini,quā obſeruant . de qua no. ſ̄.e.ſuper verbo.pp hoc.in ver.gl.ad fin.qui incipit , hodie tamen. Quid ſi nihil obiecit,nec appellauit,ſed poſt annum dicit electionē nullam fuiſſe? Nō habet locū hæc litera, per quā Papa voluit occurrere impedientibus prouiſiones eccleſiarum, ideoq; ſemp audietur,ſi dicat electoinem nullam fuiſſe,ſed in modum accuſationis,vel denunciationis.ĩ.de accuſa.veniens.& c.prælatorum Sed nunquid appellatione hac pendente clericus communiter, & concorditer adminiſtrabit interim.Sic ſecundum. d. n. ar.ſ̄.e. nihil eſt.Sed qualiter eſt facta concorditer,ſi appellatum ſit? Dic, quia duę partes conſenſerunt,& elegerunt.ſ̄.e.ſcriptum.& c.licet. § ſtatuimus.q̃tūcumq; tn̄ concors ſit electio p formā cōpromiſſi facta,& appellet vnus de compromittentibus, vel per formam ſcrutinii,& appellet is q nō ꝯſenſit, vel ēt ſi ꝯſenſit ex noua tn̄ cā. ĩ.de of.del.inſinuātę,& exprimat iuſtā cām,vr̄ diſtinguēdū,vtrū tpe appellationis electus adminiſtrare īcępit, vt tūc nō īpediatur adminiſtrare. Vel nō incępit,vt tunc īpediat.ĩ.de of.dele.gratū,ĩ. vt lit.pen.per totum.ĩ.de ap.ſignificante.& ij.q.vj.appellatione.& de hoc no.ſ̄.eo.qualiter . ¶[Sed ſi pars alia].ij.pars. alias & ſi pars.
20 [Per. xx. dies] . infra quos petet † electionem ſuam confirmari, & aliam caſſari,ſi ambæ electiones eodem tempore,vel quaſi factæ fuerint,ſicut legitur.ſ̄.e.congregato. nam ſi diuerſis temporibus.ſicut.ĩ.de ſup. ne.præla. c.fi. tunc poteſt peti confirmari prima electio, & ſententia ferri ſuper ipſa tranſacto tempore ipſius primæ electionis,ſed non poterit peti infirmatio ſecundæ electionis, niſi & a tempore ipſius eſſent lapſa tempora huius conſtitutionis,& hoc ſatis probat litera . Quid ergo ſi contingat primam electionem confirmari? Præiudicabitur ſecundæ,niſi vbi primū ſententiam latam ſciuerit , duxerit appellandum infra.x.dies . & niſi ipſam appellationem infra huius conſtitutionis tempora ꝓſequatur.ar.ĩ.de re iudi.cum ſuper.ſm̄.d.n.ii.q.vj.§.biduum.ff.qn ap.ſit.l.j §.fi.ego tamen hanc diuerſitatem non clare video: nam facta prima pppellatione ſunt omnes citati,quorum intereſt, per hanc conſtitutionē,ergo & hi qui ſecundo eligunt,aliter.n.non poſſent eligere,niſi & in electione ius haberent,& ſi in ea ius hn̄t, eorum intereſt ſe opponere,quia citati ſunt,ergo ſi non veniunt, ſed eligunt,oīno ſibi p̄iudicare vidētur,& tenebit ſententia ꝯ eos lata,a qua,ex quo venire noluerunt, nec appellare poterunt,quia contumax non appellat.ij.q.vj.§. ſunt etiam quorum . videntur ēt eligere appellatione pendente,& ſibi ius dicere , vnde & eis eſt imputandum.ij.q.vj.appellatione.ſ̄.e.bonæ me.cre.niſi forſan dicas appellationem primo factam ipſos penitus ignoraſſe.ĩ.de ap. ſi duobus.[Poſt aduentum].& poſt lapſum menſis præmiſſi ſm̄ d.no.Quid ſi pars arriperet ſtatim iter , & eſſet infra triduum ad curiam electionis,vel prouiſionis,vel poſtulationis? dic , vt.ſ̄.e.in prin.[Cuiuſquam].canonicorum , vel aliorum, quorū intereſt, vel quos res contingit.[Abſentia] etiam lite non conteſta.ſecus
21 ſi ageretur † de beneficio tanquam de proprietate,quia tunc poſſet fieri miſſio in poſſeſſionem eccleſiæ petitæ ĩ.de eo qui mit.in poſ.cauſa rei ſer.ca.j.& ij.& de ſequeſtra.poſ.dilectus.& extra.cum qui.ſic in ſpirituali matrimonio proceditur contra contumacē, & examinatur negotium lite non conteſta.ſ̄.e.dudum . j. Sed & in carnali quando agitur de fœdere.i.de vinculo matrimonii , ſecus ſi quæratur de crimine adulterii ad thori ſeparationem . ĩ.vt lit.non conte.accedens.ij.& c.qm̄.§.j.& ij.[Sicut de iure].de iure eſt, ꝙ confirmetur , vel infirmetur ſecundum ꝙ conſtiterit electionem canonice factam,vel nō.ſ̄.e.poſtquam.& c.ſcriptum.&
22 c.nihil.& de maio.& obe.cum olim.Item de iure eſt, ꝙ † ꝓbationes receptæ valeant,& ſi lite non conteſta.recepti ſint,nam abſentia contumacis in talibus repletur Dei præſentia.ĩ.de eo qui mit in poſ.cauſa rei ſer.extra.eum qui.in fi.ĩ.de do.& contu.veritatis. §.fi.& C.de iudi.properandum.§.cum autem. Quid igitur , ſi is, qui appellauit , poſtea veniat , & vult proſequi negotium ſuum, cum adhuc non ſit diffinitum? Prętextu abſentiæ ſuæ denegatur ſibi omnis contradictio quo ad ea,q̃ in p̄teritū acta ſunt. C.de iudi.properandum.§.ſinautem reus fuerit. in fi. Sed quid ſi dicat
23 † iudici, non procedatis de cętero cum iſto procuratore niſi fidē faciat de mandato, nunquid tenetur procurator, qui iam admiſſus eſt,per curiam,vel per iudicem fidem facere de mandato? Videtur,ꝙ ſic.ar.ff.de procur.Pomponius.§.rati. Alii contra, maxime ſi ſit in remotis partibus,vt de facili non poſſit probare mandatum,& facit pro his,quia nec ille,cuius nomine proceſſit, poſſet excipere de hoc,quia aut fuit verus procurator , & ſic nō pōt veritatē impugnare,aut non commiſit,& ideo imputet ſibi,ſi nō venit,vel miſit infra tempus huius conſtitutionis.Dicimus,ꝙ ad inſtantiam venientis non cogitur hoc facere iudex,ſed ex officio ſuo hoc poteſt iniungere,ſi ſibi videatur expedire.ar.ĩ.de teſti.per tuas.& c.cum clamor.& ĩ.de iureiur.ex literis. in quibus no.de ſi
24 mili materia.Quid ſi iudex,cui commiſſum eſt, citauit † & citatus contumax fuit ab initio , & ideo proceſſit ad examinationē iudicij,poſtea venit diffinito negotio,nam admitti debet, ex quo res eſt integra,vt no.ſ̄.e.ſuper verbo,infra menſem.ver.quid ſi elapſo.Quid ergo ſi petat copiam reſcripti, nunquid ei facienda eſt? Diſtinguit. d.n. vtrū petat copiā ad declinandam iurisdictionē, & tunc non eſt facienda copia.ĩ.de ſen.& re iudi.inter monaſterium.per acta tamen eſt fides facienda.ĩ.de proba.qm̄. Vel ad vidēdum,vtrum poſſit cognoſcere de talibus,& tunc facienda eſt copia.ff.de eden.ſi quis ex argentariis.§.fi.& l.ſeq. Tu dic,ꝙ ſemp debet fieri copia,vt patet in his quæ no.ſ̄.de reſcrip.cū contingat & c.dilectus.& pater.ĩ.de of.dele.cum in iure. Item de iure eſt,vt ſi extra iudicium appellatum fuerit elapſo hoc tpe non obſtāte cuiuſquam abſentia procedatur,& ſic tenet curia.ſecūdum . d.n. Sinautem in iudicio & appellans tantum fuerit præſens, nō proce-

ceditur in curia,niſi primo cognoſcatur de cauſa appellationis.
quæ ſi probetur iuſta , poſtea examinatur negotium electionis.
Sinautem iniuſta,remittitur ad iudicem , ex quo extitit appella-
tum.j̃.de appel.cum ſpeciali . in fi.Sinautem appellatus præſens
eſt,& appellans abſens,hoc eſt in optione appellati,vtrum primo
examinet̃ appellatio,vel in negotio electionis procedatur, & idē
in aliis cauſis,vt no.j̃.de ap.cordi. hoc tamen ſpeciale not. circa
electionem:quia & ſi non ſit terminus aſſignatus ab hoīe,neque
delatum ſit appellationi,tñ literæ impetratæ pendente appellatio
ne infra terminū huius conſtitutionis nō valebunt, & ideo non
obſtantibus talibus literis,nec obſtante abſentia appellantis pro
cedit curia in hoc caſu ſm.d.n.[Hæc aũt].iij.pars. quæ dicta ſunt
ſuperius,nā cl̃a hæc omnia ſuperiora reſpicit . s̃.de reſcrip.olim.
§.fi.[Dignitatibus].de hoc dic,vt not.j̃.de cle.non reſi.quia non-
25 nulli.& no.ꝙ hic dignitas † pſonatus , & canonia æquiparantur,
alibi dignitas pſonatus & beneficium cum cura. j̃. de fil. p̃sb.ni-
mis.alibi perſonatus & beneficiū cũ cura.s̃.c.dudum.ii.§.tādem.
alibi perſonatus & ordo presbiteralis.j̃.ne cle.vel mo.ſup ſpecula.
26 §.qa vero.[Canoniis].ergo forma ſeruanda eſt in canoniis,† qa
de ipſa.ſ.forma eſt expreſſum.s̃.& q̃ dicta ſunt ad canonicas refe-
runtur.vt hic dicit,& ſtatim idem adiicit , vt ſcias, quæ forma &
in canoniis eſt ſeruanda.ar.ff.de lega.ij.ſi ſeruus plurium.§.ſed ve-
rius. Quid ergo de eccleſiis parochialibus . Quid de p̃ſtimonijs,
& aliis omnibus beneficiis,quæ hic non experimuntur? De ſimili
bus ad ſimilia procedendum erit.ff.de legibus . non poſſunt.s̃.de
reſcrip.inter cæteras.qđ dic,vt no.s̃.in ſumma.e.ti.§.in q̇bus eccle
ſiis.[Adiiciētes].ver.& cl̃am de forma repetētes ī fi. vt ſcias , ꝙ for
ma ēt ī canoniis obſeruāda eſt.j̃.de ap.inq̇ſitioni.[Plene].nō ſuffi
27 cit ergo ſi † ſemiplene,& vr̃ hoc ſpāle ī hoc caſu,vt q̇libet caueat,
ꝙ non impediat prouiſionē,niſi ſentiat,ꝙ plene poſſit, ꝙ obiicit,
cōprobare.ar.C.de proba.ſciāt cũcti.v.q.vj.epyphaniũ.j̃. de calũ.
ca.j.& ij.& quia canonicus.q̇ hoc obiicit, dēt eſſe peritus in iure
canonico,vt patet in his,q̃ no.s̃.de reſcrip. extra . præſenti ſuper
verbo,honorabilibus.& ſequen.vnde imputet ſibi , ſi errauit cir-
ca formam iuris.s̃.e.quia propter.[Formam]. Quid ergo ſi ſemi
28 plene probat † id,qđ obiicit ꝯ perſonā? Arbitrabitur iudex,vtrum
ſit cōdēnandus.ar.j̃.de accuſa.accedens. in Auth.de iudi.§.opor-
tet.coll.vj.& j̃.e.§.fi.& de hac materia not. plene. infra de dolo &
contu.finem.[Propter hoc].ſic.s̃.vt præteritæ.vbi de hoc.infra de
procur.cum pro cauſa.[Docuerit].taxatione præhabita, alias eſt
in textu,& ſecuto proprio iuramento.j̃.de procura.conſtitutis.&
29 q̃uis ab initio liceat iudici taxare, † non tamen licet in minus,q̃
iuratũ eſt,condemnare.in Auth.de iudi.§.oportet. coll.vj.[Con-
dēnetur]. nā eo ipſo ꝙ ſuccũbit,p̃ſumitur calũniari.infra. de pe-
nis calumniam.j̃.de maio.& obe.humilis.ij.q.iij.qui non proba
uerit.j̃.de accuſa.ſuper his Notauit tñ hic.B.ꝙ error ꝓbabilis po-
terit excuſare.ar.ij.q.iij.§.notādũ.ff.de lega.ij.qui inſolidũ.§.ēt.qđ
potius facit ꝯ.ſed qđ pones extra de errore.pone,ꝙ teſtes,qui pro
miſerant teſtificari,defecerāt ei.ij.q.iij.Paulum. ſed illud, qđ ibi
dicit,locũ hēt in his,q̃ obiiciunt̃ ꝯ perſonā, & quę tangũt factũ,
ſecus in his,q̃ tangunt formā & ius : quia in hoc caſu requiritur
plena probatio,vt hic dicit. & no.s̃.Et eſt rō quare aliud in vno,
q̃ in alio,quia ius certum eſt, ſed error facti peritiſſimos fallit.ff.
30 de iur.& fac.igno.plurimũ.ideoq; non licet † clericis ignorare ca
nonicas ſanctiones.s̃.de ꝯſti.ca.j.& fi.j̃.de tēpo.or.vel non eſt cō
pos.¶[Qui vero].iiij.pars.[In probatione].ſaltē ſemiplena, ſeu in
famię.j̃.de accuſa.accedens.& hoc diuerſificatur a præcedēti ca-
ſu,& eſt ratio.vt.s̃.no.§.proxi.in fi.vel quia ſi non probauit plene,
nec ſemiplene,per qđ error p̃ſumi poſſit,& ſic caueant ſibi obii-
cientes,ne inanibus ſumptibus ſe onerent, quia ſi in probatione
defecerint damnabunt̃ vt hic.& ff.de inof.teſta.l.j.& l.contra ve-
terani.§.ſi q̇s impubes.ff.de teſti.l.iij.§.item diuus. [Eius qđ obii-
31 cit].Quid ſi plura † obiicit,quorũ vnũ ſufficit.Dicũt quidā,ꝙ oīa
tenetur probare,alias condēnabitur.ar.s̃.de reſcrip. cũ adeo.& c.
olim.& hoc in pœnam excipientis ꝯ prouiſionē,& ipſam impe-
dientis,j̃.de accuſa.ſuper his. Alii dicunt,ꝙ excuſatur,dũmodo ꝓ
bet vnum de obiectis,qđ ſufficiat,& hoc teneas.ar.j̃.de exceſ.pla.
grauē.& hoc notauit hæc litera loquēs in ſingulari,nō in plura-
li,niſi forſan ſe obligaret ad oīa probanda.j̃.de proba.licet.§.iidē.
qđ dic,vt no.s̃.de reſcrip.olim.[In perſonam].quo ad ēpatus, nō
quo ad minora beneficia,tanta pœna incurrere durũ eſſet. ar.in
ſorore iſtius.s̃.e.cũ in cũctis.§.clerici. & §.fi.[Beneficiis]. & nihi-
lominus condēnabitur in expenſis . j̃. de accuſa. accedens & ſm
hoc magis punitur,qui obiicit in perſonam,ſed releuatur, q̇a iſte
poteſt probare errorem , vt ſequitur,ſed alius non poteſt,vt s̃.no.
Et ſic no.hic regulam,qui in vno grauatur, in alio releuetur.ff.de
iureiuran.eum qui.s̃.de tranſla.epiſco.inter corporalia.§.j.ver.&
quamuis.& ſequen.s̃.de parochiis. c.j. [Suſpenſum.[ipſo iure.ſi-
32 cut ergo † punitur indignum promouens eligendo,quia & talis
ſuſpenſus eſt a ſuis beneficiis per triennium ipſo iure , vt ſupra.
e.cum in cunctis . §. clerici . ſic & dignum electum impediens,
vt hic . Et ſic not. hic , quòd contrariorum eadem eſt diſcipli-
na, & Inſti.de his qui ſui iur. vel alieni ſunt. reſpon.j. & de liber-
tinis . §.j.[Ad quę] ſcilicet beneficia . [Illud] ſcilicet triennium.
33 [Propria temeritate]hoc ideo dicit,quia,ſi vult † probare errorē,
audietur , & ipſo probato authoritate iudicis poterit beneficia
ſua percipere,vt j̃. §. ſeq.[Ingeſſerit] aliquid de ipſis percipiendo,
per ſe,vel per alium.s̃.e.per inquiſitionem.j̃.de ęra.& quali. cum
bonę.Sed quid ſi ponat ibi cuſtodem,qui omnia percipiat,& cu
ſtodiat, ita ꝙ nec vnum denarium percipiat , quouſque errorem
ſuum probauerit? Dicas, ꝙ ſi hoc faciat authoritate iudicis ordi-
narij,excuſatus erit.ar.j̃. de offi or.cum inter vos. aliter ſuſpectus
eſt mihi,nec excuſo ipsum.ar.ff. de admi. tu. nec exſtimo.xix.di.
Anaſtaſius.j.vt benefi.eccle.vt noſtrũ.§.porro.[De miſericordia]
iudicis ordinarij , ſed nec puto excludi miſericordiam ſedis apo-
ſtolicę.infra.de ſenten.excommu.nuper.infra de teſti.tum literis.
ad fi.j̃.de ſenten. & re iudic. cum ęterni . §.fina. cum ſuis ſimili-
bus.¶[Niſi].v.pars.[Manifeſtiſſimis] ſecũdum arbitrium iudicis,
vt no.ſupra ſuper verbo,formam. Vel dic , ꝙ illud habet locum
in probatione facta coram iudice , qui de exceptione cognouit,
ſed ſi ibi nihil probauerit,hanc pœnam patitur, nec beneficia re
cuperabit infra triennium,niſi coram iudice ordinario errorem
ſuum probabilem plene probauerit,vt hic dicit.[Conſtiterit]or-
dinario iudici,a quo talis miſericordiam beneficiorum ſuorum
petit. [Ipſum] qui contra perſonam obiecit , nam is qui contra
formam,in nullo audietur,& eſt ratio,vt no.s̃.& ſic iſte ver.exci-
pit de proximo dicto tantum . [Probabilis & ſufficiens.] ſi.j̃. de
appel. vt debitus. ſuper quo vide quod not. ſupra §. hoc autem.
ſuper verbo,condemnetur.

*SVMMARIVM.*

1 *Electiones ſunt fiendæ a maiori & ſaniori parte capituli.*
2 *Poſtulationibus in duæ partes capituli requiruntur.*
3 *Scrutinium quot modis dicitur.*
4 *Scrutinio legitime facto ius oritur,alias ſecus.*
5 *Vota conditionalia quæ dicuntur, & quæ alternatiua.*
6 *Electio an poteſt fieri in diem vel ſub conditione.*
7 *Electionibus in ſemper poßet fieri farus,ſi fierent cōditionaliter, vel in diem.*
8 *Vota conditionalia vel incerta pro non adiecta habetur & electio fiet facta collatione aliorum votorum.*

CAP. II.

IN electionibus. &c.Nō eget caſus poſi-
tione,ſed tantum literę
1 expoſitionem,& ideo dic. [In electionibus]quę † de-
bent fieri a maiori & ſaniori parte capituli . ſupra e. c.
2 quia propter.[Poſtulationibus]in quibus † duę partes capituli re-
quiruntur. ſupra e.ca.ſcriptum.vbi de hoc. [Scrutinijs] tredecim
3 † modis dicitur ſcrutinium , ſiue examinatio. Primo ſecundum
vulgare Romanorum dicitur ſcrutinium interrogatio quæ fit
in catechiſmo.& de hoc loquit̃.j. de maio. & obe.his q̃. de capel.
mo.dilectus.Secũdo examinatio,quæ fit de perſona, antequā or-
dinetur.s̃.eo.nihil eſt.§.epiſcopi.& interrogatio,quæ fit in ipſa or
dinatione.j̃.de ſcruti.in ord.fac.c.vnico. Tertio,examinatio quæ
fit inter canonicos,antequam dent ſcrutatores,vel aliquam for-
mam eligant.s̃.eo.cum terra.Quarro,examinatio quę fit inqui-
rendo nota.s̃.eo.quia propter.& de tali ſcrutinio ſcripto tamen,
& publicato loquitur hic,vt j̃.no.Quinto, examinatio quæ fit a
confirmatore,& ſi nihil opponatur a partibus.s̃.eod.cum nobis
olim.§.pe.& c.nihil eſt.Sexto illa, quæ fit plerunque ante conſe-
crationem,& poſt confirmationem aliquo ſcilicet excipiente.j̃.
de accu.ſuper his.Septimo illa,quæ fit in ipſa conſecratione. j̃.de
ſcru.in ord.fac.c.vnico.Octauo,illa, quę fit ex officio etiam poſt
conſecrationem fama prælati crimina deferente,quæ & ſcrutan
da , ſeu inquirenda ſunt.j̃.de accu.qualiter, ij.& j̃.de ſimon. licet
Heli.Nono,teſtium diligens examinatio. j̃. de teſti. cum cauſam
quæ inter.& c.venerabili.Decimo,peccatorum cauta interroga-
tio.j̃.de pœn.omnis.§.ſacerdos.Vndecimo,iudicis vniuerſalis ri-
matio.xxx.q.v.iudicantem.j̃.de fi.inſtru.cum Ioannes.§.pe. ff.de
interro.act.vbicunque.Duodecimo,alterius regni exploratio, qđ
non conuenit.C.de commer.& merca.l.iiij. Tertiodecimo,ſecre
torum cognitio,quod ſolius Dei eſt.j̃.de ſimo.tua nos. in fi.[Ex
quibus]ſcilicet ſcrutiniis ſcriptis & publicatis.[Ius oritur]vt s̃.eo.
4 publicato.quod dic,vt ibi no.Et no.ꝙ † dicit ius oritur.q.d.legiti-
me factis,alias enim,ſi ſcrutinia minus canonice facta eſſent,nō
reciderct ius eligendi in alios,ſecundum do.n.[Eligendi]vel po-
ſtulandi.ſecundum ea, quæ not.s̃.eo.ſcriptum. [Conditionalia]
5 puta † conſentio in A.ſi eſt legitime natus.vel ſi nouit iura,vel ſi
habuerit maiorem partem capituli , ſecundum dominum no-
ſtrum.[Alternatiua]puta eligo A.vel B. vel ſic,eligo A.& ſi ipſe
noluerit,eligo B.ſecundum do. noſt. ſed in hoc vltimo exemplo
eſt conditionale[Incerta]puta,eligo vnum,in quem maior pars
capituli conſentiet,vel eligo eum, in quem conſentiet decanus,
ſecundum d.n.Sic ergo corrigitur hic opinio Ala.& G.Na.ſcho-
laſtici



laſtici ſui,qui dabant conſilium,ꝙ vbi dubitabatur de perſona,ta
lia vota fierent.ar.lxj.diſt.ſtudii.lxxxv.diſt. Florentinum . & s̃.eo.
cũ terra.vbi de hoc.no.& merito talia vota reprobantur,cum.n.
6 electio † ſit actus legitimus,non debet fieri in diem nec ſub con-
dictione.ar.ff.de regu.iur.actus legitimi.Sed contra.s̃.de condi.ap
po.ſuper eo.dic.vt ibi no.ſed & perſona certa eligi debet . ar. s̃. de
reſcrip.ad hæc.ff.de teſta.tu.l.tutor incertus.ff.de condi.& demō
ſtra.qui hęredi.§.fi.& l.qui ſub conditione.[Reprobamus].& me
7 rito,quia multæ fraudes poſſent fieri,ſi hæc admitterentur,† nam
ſemper poſſet fieri fraus.ar.s̃.e.c.cum in cunctis.& quia propter.
& daretur materia eligendi ſeipſum,puta,ſcitis,qui ſic conſentit,
ꝙ decanus ipſum eliget,& ideo dicit,eligo illum,quem eliget de-
canus,quæ omnia ſunt abſurda,& ideo reprobāda.ar.s̃.de diuor.
quanto.§.penul.s̃.c.qualiter.cum ſuis ſimilibus.¶[Statuentes].ſe
8 cunda pars.[Pro non adiectis]. vt perinde ſit , ac ſi nullum † no-
minaſſent,& ſic vox talium non computabitur, ſed facta colla-
tione aliorum inſurget electio.in ipſa tamen collatione dicetur,
quare non habetur ratio eorundem , alias non eſſet plena colla-
tio , nec ſeruaretur forma.s̃.eo. quia propter.& c.in Geneſi.[Pu-
ris].aliis ſolis non comparatis.[Electio].vniuerſalis,non ſingula
ris,vt not.s̃.eo.in Geneſi.¶[Voce illorum].iii.pars . [Ea vice]ideſt
in ipſa electione,de qua agitur, ergo in ſequenti proximo nō no
cebit.s̃.eo.cum eccleſia Vinton.j̃.de ſup.negli.præla.c.ii.in fi.[Re
cidente].alias.[Reſidente].i. remanente,& ſic non eligit pars cō
ditionalis.priuatur tamen poteſtate eligendi.& hoc ideo eſt , vt
puniatur in eo,in quo deliquit,ſiue in intentione,quam habet.s̃.
de tranſlat.epiſco.quanto.§.cæterum. credit enim decipere alios,
qui pure conſentiunt.q.d.iſti pure conſentient in p.illegitimum.
& ſic amittent ius eligendi,& reuertetur ad nos, qui conditiona
liter conſentimus.ar.s̃.eo.cum in cunctis. congregato. & de po-
ſtul.præla.gratum.ſed tamen ipſi priuantur, vt hic dicit.Sic no.ꝙ
9 Incidit in Scillam cupiens vitare Caribdim.† & deceptis, & non
decipientibus iura ſubueniunt.j̃.de rerum permu.cum vniuerſo
rum j̃.de dona.inter dilectos.

¶De Supplenda negligentia prælatorum. Rubrica.

*SVMMARIVM.*

1 *Archiepiſcopus poteſt excommunicare ſuos ſuffraganeos , quia eum viſitantem non recipiebant.*
2 *Archiepiſcopus non habet plus iurisdictionis in ſubditus ſuffraganei,quam ei canones concedunt,vel conſuetudo.*
3 *Sententiæ generales reprobantur.*
4 *Iurisdictio epiſcopi in quibus caſibus deuoluitur ad ſuperiorem.*
5 *Conceſſa omnia intelliguntur,quæ non inueniuntur prohibita in edictis prohibitorijs.*
6 *Papa ſolus poteſt ſe intromittere de epiſcopis,& de ſedibus epiſcopalibus.*
7 *Iuramentum omne generaliter prohibitum eſt.*
8 *Epiſcopum oportet eße diſpenſatorem canonum,& legum moderatorem.*
9 *Epiſcopi ſuper quibus criminibus poſſunt diſpenſare.*
10 *Archiepiſcopus in quibus caſibus poteſt exercere iuriſdictionem ſui ſuffraganei.& nu.12.*
11 *Citantibus duobus habentibus iurisdictionem cui obediendum.*
13 *Iuriſdictio inferioris quando ob culpam non deuoluitur ad ſuperiorem.*
14 *Epiſcopo excommunicato quare,& quando non deuoluitur iuriſdictio ad archiepiſcopum. & nu.15.*

CAP. PRIMVM.

ROmana [Edictum]. factũ ab archie-
piſcopo,vt omnes de prouin
cia ad curiā archiepiſcopi pro iuſtitia recur-
rant,libere reuocatur, nam & ſi ſuffraganeus
nō poſſet reddere ius propter culpam ſuam,
puta,quia excommunicatus eſt,non propter
hoc ad archiepiſcopum iuriſdictio eiusdē ſuf
fraganei deuoluetur,alia tñ forſan pęna eidē ſuffraganeo inflige-
tur.Romana eccleſia.& j̃. ]Huiuſmodi decretalis . x. ſunt partes-
Prima habetur hic.Secunda.j.de offi.vica.Tertia.infra de offi.or
di.Quarta,infra de fo.compe. Quinta,in fra de teſti.Sexta, in fra
de appel.Septima.in fra de cenſi.Octaua.j̃.de pœnis. Nona,in fra
de pœnitentiis. Decima.j̃.de ſenten. excomm. [Edictum vero].
1 Archiepiſcopus Remen. excommunicauit † ſuffraganeos ſuos,
quia eum viſitantem non recipiebant,& tunc idem archiepiſco
pus fecit edictum,quod mandauit per totam ſuam prouinciam
publicari,ꝙ omnes ſubditi ſuffraganeorum ad curiam archiepiſ
copalē accederent libere.ſm.d.n.q.d.ꝙ cum epiſcopi eſſent excō
municati,non poterant ius reddere, & ideo erat ad archiepiſco-
pum iuriſdictio deuoluta.[Libere].ſ. non obſtante contradictio
ne ſuffraganeorum,vel alterius, quia videbatur archiepiſcopo,ꝙ
nullus poſſet hoc de iure impedire.ſed non eſt ita, vt ſequitur.[Pe
nitus],vt nec valeat,qđ actum eſt,occaſione hac corā epiſcopo,ſi
cut in nō ſuo iudice.s̃.de conſu.c.3.s̃.de iudi.at ſi clerici.s̃.de pęni
ten.ꝙ autem.& c.omnis.ij.q.j.in primis.C.ſi a non compe.iudi.l.
fi.[Reuocamus]& merito,cum non ſolum ſuffraganeis,ſed etiā
alijs inferioribus ſub ipſis iuriſdictionem exercentibus præiudi-
cium generaret,qui inferiores, nec ſine culpa ſua puniri debent.
s̃.de conſti.cognoſcentes.s̃.de his quæ fi. a maio. par.ca. quæſiuit.
2 lvj. diſtin.ſatis peruerſum. ſed nec plus † iuriſdictionis habet in
ſuffraganeorum ſubditos,quam eidem per canones,vel priſcam
conſuetudinem ſit conceſſum.ix.q.ij.c.ij. & q.iij. conqueſtus. s̃.
de offi.ordi.duo ſimul.vbi de hoc,cum ergo nec conſuetudinem
probaret archiepiſcopus, nec canones hoc ſibi cōcederent , edi-
ctum tale merito reuocatur. Nec obſtat , ꝙ ſuffraganei dicantur
excommunicati per archiepiſcopum.¶[Quia] & c.ij. pars. [Etiā
3 tenerentur].ſ.iuſte.de quo adhuc fides facta non eſt,† nam tales
generales ſententiæ reprobantur,vt j̃.de ſenten. excōmu. Roma-
na §. caueant. [Pro ſuis culpis] quia nec pro alienis talis ſenten-
tia eſt ferenda. 24.q. iij. habes. [Excommunicationis.] iuſtę,præ-
miſſa ſcilicet monitione,quod hic forſan ſeruatum non fuerat,
& ideo erat iniuſta. s̃ . de ſenten. excommunicationis . ſacro .
[Non tamen ex culpis ipſis] non dicit ex negligentijs,nam ex il-
4 lis hæc iuriſdictio † deuoluetur , puta,ſuffraganeus negligens eſt
in iuſtitia exhibenda,& ideo,ſubditus conqueritur archiepiſcopo
de ſuffraganeo , qui noluit procedere.ſuper hoc ter humiliter re-
quiſitus.argu.s̃.eo.c.j.idem videtur, ſi prima vice hoc expreſſe de
neget.argu.s̃.de offi.delega. ſignificantibus.s̃.de fo. compe.ex trāſ-
miſſa.in fi.& c.licet in fi.& ca.ex tenore.in fi.j̃.de ſentē. excōmu.
extra.cũ medicinalis.& ꝙ in tali caſu deuoluitur poteſtas ad ſupe
riorem , ſatis patet.s̃.de offi.ordi.duo ſimul s̃. de iure patrona.nul
lus.& ix.q. iii.cum ſimus.vt tamen quo ad hoc nulla reſtet obie-
ctio,conſulimus , ꝙ metropolitanus remittat ſubditum ad ſuf-
fraganeum aſſignans ei certum terminum competentem,in fra
quem iuſtitiam reddat,quo elapſo,ſi hoc non fecerit , debet hoc
archiepiſcopus diffinire.s̃.de offi.ordina.quanto. in fi.& c. ad re-
primendam.& c. irrefragabili. §. exceſſus. & ne epiſcopus poſſit
negare ſe fuiſſe monitum, mandetur ei in virtute obedientiæ,vt
cũ appoſitione ſigilli ſui remittat literas in monitionis teſtimo-
nium ſic receptę,vel alias ſuas literas diem receptionis, & totum
tenorem literarum archiepiſcopalium cōtinentes, vel vtrunque
fiat.ar.C.de fide inſtr.plures. Sic enim obſtabit ei propria profeſ-
ſio.j.q.vij.ſaluberrimũ.27.q.j. omnes fœminę . C.de non nume.
pecu.generaliter.vel fiat de redditione, & lectione literarũ coram
teſtibus inſtrumentum. s̃. de teſti.ſignificauit. vel habeatur inde
litera ſigillo authentico ſigillata.s̃.de fide inſtrum.c.ij.j̃.de ſenten.
excommu.extra.cum medicinalis.§. exemplum. [Cum id non
5 inueniatur]No.hic omnia † eſſe conceſſa, quæ nō ſunt prohibi-
ta,& hoc de iure primæuo,vt patet ſupra de conſti. nam concu-
piſcentiam.& hoc iure fulciuntur omnia † edicta prohibitoria,
ſicut eſt edictum de teſtibus.ff.de teſti.l.j.& de procura. mutus. &
de matrimoniis. s̃.de ſpon.apud. vbi de hoc. Quandoque tamen
in iure aliquid generaliter prohibetur , in talibus habet locũ eius
contrarium:quia in huiuſmodi omnia prohibita intelliguntur,
niſi reperiantur conceſſa.Tale eſt id,de quo hic agitur, prohibitũ
enim eſt archiepiſcopis, ꝙ in diocæſibus ſuffraganeorum ſuorũ
nihil exerceant,ſed ſuis terminis ſint contenti.9. q. ij. nullus pri-
mas.ideo in nullo debent ſe intromittere,niſi in caſibus a iure cō
6 ceſſis, de quibus not.in ſequen.glo.ſic & generaliter † prohibitum
eſt,ꝙ nec de epiſcopis,nec de epiſcopalibus ſedibus intromittat ſe
alius,niſi Papa.17.q.i.§. ſicut.s̃.de exceſ prǽla.ſicut.ideoque gene-
raliter prohibitum eſt,niſi reperiatur conceſſum.s̃.de tranſlat.epi
ſco.inter corporalia.§.ſed neque.ſic & prohibitum eſt,ne qui cō-
iurent,vel colligerentur inter ſe.11.q.j.conſpirationum. & c. con-
iurationum.ff. de pœnis.aut facta. & ideo omne tale iuramentũ
7 prohibitum eſt,niſi reperiatur conceſſum,quia & omne † iuramē
tum generaliter prohibetur.ſupra de elec.ſignificaſti.j̃.de iureiur.
& ſi Chriſtus.& omne collegium. ff.de illici.colleg.l. j. & iii. j̃. de
exceſ. præla.dilectus.vbi de hoc. & ſic eſt videre de ſingulis ſimili-
bus,quæ ſigillatim proſequi longum eſſet,hæc enim materia ple-
nius not.ſupra de tranſla.epiſcop. cap.ij. §. ſed neque. verſic. fina.
Sed quid dices de gratia diſpenſationis , nunquid poteſt epiſco-
pus diſpenſare generaliter , vel caſualiter? & quidem ſecundum
8 beatum Ber. Oportet † epiſcopum eſſe diſpenſatorem canonum,
moderatorem legum , ergo ſecundum hoc vbique poteſt diſpen-
ſare , niſi vbi ſibi prohibitum inuenitur, hoc ſatis colligitur. vij.
quæſt.i.mutationes.& c. ſequen.nam ſicut ibi habetur , epiſcopi
9 poſſunt diſpēſare,cum poſſunt ordinare. Sed in his,quæ ſedes apo
ſtolica retinuit, ſicut eſt mutare ſedem , vel transferre perſonam
epiſcopi , vt ibi dicit, nihil poſſunt ſine authoritate Papæ, & etiā
in primitiua eccleſia vnus excōmunicabat , & alter abſoluebat,
ſed poſtea arctati ſunt,vt patet.ix.q.ii.c.j.& arctantur tota die . vt
patet ſupra de pœniten.& remiſ.cum ex eo.§.ad hęc.& in multis
alijs eſt detractum , ideoque licet alii de hac materia multa ſcri-
bant:tu dic,ꝙ epiſcopi de adulteriis, & aliis criminibus minori-
bus ſubaudi,niſi a iure inueniatur prohibitum , ſed & de maiori-
bus

pra de maiorit. & obedien. ſolitę. §. uerum. uerſic. quod autem
ſequitur. Nona magiſterij, ſiue inſtructionis. xxxv. q. ix. ve-
niam. ff. de damno infec. ſi ædibus. ff. de arbitris. qualem. alias
incipit dicere. §. ſi de pluribus. Decima honeſtatis, ſiue ſan-
ctitatis. xl. diſtinctione. multi. ſupra de teſtibus. in noſtra
preſentia.



præſentia. Vndecima honoris, vt hic, & ex hac debēt Cardinales
præ cæteris omnibus honorari, licet enim alii ſint maiores diui-
tiis, vel ordine, iſti tamen ſunt maiores honore, & eſt ratio, vt no
ta. s̃. ſuper verbo, fungentibus. Duodecima authoritatis, qua lega-
tus collateralis præeſt aliis, vt hic ſequitur. Tertiadecima parilita
tis, qua ſcilicet generalis legatus præeſt generaliter, & delegatus
ſpecialiter. s̃. eo. ſtuduiſti. Quartadecima nobilitatis, & ſcientiæ,
& vitæ. s̃. de præben. de multa. Quintadecima maioris notitiæ. s̃.
qui maio. accu. poſſ. videtur. Sextadecima excellentiæ iuriſdictio
nis, vt patet in eo, quod legitur, & notatur. s̃. de appellationibus. ſi
duobus. [Lætantur.] ſubaudi etiam non miſſi, ſed in curia exiſtē
tes, vbi ab omnibus honorantur, & vere ex hoc honore plerique
lætantur, & ipſum ambiunt rem agi perſunctorie intendentes,
nec onus, ſed honorem tantummodo attendentes. contra Greg.
8. quæſtione prima. qui epiſcopatum. & contra Augu. xl. diſtin-
ctio. ante omnia. & contra Ber. dicentes. Meditantibus quidem
honores blandiuntur, ſed onera penſantibus tedio ſunt, atq; for
midini, non enim tanta fiducia & alacritate ad honores recurre
rent, ſi ſcirent ibi eſſe & onera, nunc vero quia ſola attēditur glo
ria, & non pœna, eſſe clericum in eccleſia erubeſcunt, ſeque viles
& in glorioſos exiſtimant, ſi quocunque loco eminentiori non
fuerint ſublimati. [Sic eos] ſubaudi. in legatione miſſos quo ad
ea, quæ not. s̃. ſuper verbo, obſeruari. qui enim ſuis conſiliis, ſuiſq;
laboribus pro toto orbe terrarum die noctuque laborant, quare
non habent dignam ſuam prærogatiuam? C. de quadr. præſcrip.
l. fina. ante finem. ad idem. s̃. de clericis non reſidentibus. cum di
lectus. s̃. de cenſib. cum inſtantia. reſpon. j. in fin. ſupra de poſtula.
prælato. bonæ. j. §. primo. [Authoritate] &c. exceptis his, quæ no
18 bis † ſunt in ſignum ſpecialis priuilegii reſeruata. Vnde verſus.

*Si ſit catholicus, Papam non iudicat vllus.*

xl. diſtinctio. ſi Papa. Exigit. j̃. de maiori. & obedien. cum inferior
Et diuidit, vnit. s̃. eo. quòd tranſlationem. decimaſexta quæſtione
prima. §. ſicut. s̃. de exceſſibus prælat. ſicut. Mutat. 7. quæſtione pri
ma mutationes. Vota crucis. s̃. de uoto. ex multa. Reſtaurat. ſecū-
da quæſtione ſexta. ideo. s̃. de cleri. non reſidentibus. ex tuæ. Et exi
mit. xvj. quæſtione prima. ſuper s̃. de priuilegiis. recepimus. Ad ſe
maiores cauſæ referuntur. & valet ibi quandocunque appellatio.
ij. q. vj. omnis oppreſſus. ij. quæſtione 4. nullam. s̃. de appellationi-
bus. vt debitus. in fine. Legitimatque. ſupra qui fili. ſint legitimi.
per venerabilem. Promouet bigamos & defectum patientes. 34.
diſtinctione. lector. ſupra de elect. cum nobis olim. Appellare ve
tat committendo. ſupra de offic. delega. ca. ſuper quęſtionum. §.
j. & ab ipſo non appellando. s̃. de elect. licet. §. finali. Prohibet. pro
fiteri. ſupra de regularibus. quia in inſulis. Deponit. epiſcopos. 3. q.
ſexta. quamuis. Transfert. ſexta quæſtione tertia. deniq;. Suppletque.
ſupra de elect. ca. illa. Renuntiat illi. præſul. 7. quæ. j. §. ecce. Et
exemptus. s̃. de renuntiat. dilectus. Simon. s̃. de elect. ſi alicuius. Iu
rans. declarando ſupra de elect. venerabilem. §. antepenultimo.
& relaxando. s̃. de iureiuran. venientes. Anathema. vel propriū.
21. diſtinctio. inferior. Vel legati, ſeu delegati. s̃. ca. j. paſtoralis. §. j.
Vel lex vtriuſque. s̃. eo. ca. finali. ſed & idem poteſt legatus quo ad
legatum, cui ſuccedit. s̃. de eo qui mitt. in poſſeſſ. cap. 3. Nequam
participans. s̃. de ſententia excommunica. ſi aliquando. quem ca
non damnat. Sibi ſoli quando reſeruat. s̃. de ſenten. excommuni.
nuper. Soluitur a Papa. xj. quæſtione 3. ſi quis epiſcopus in conci
lio. Necnon quem regula damnat. s̃. de ſenten. excommunicat.
cum illorum. Addas ſuſpenſum. s̃. de hæret. excommunicamus
itaque. §. ſane. s̃. de præbend. graue. ſed & ibi poſſunt eſſe quatuor
patriarchæ. Cauſam cum fertur ad ipſum. s̃. eo. licet. s̃. de poſtula.
prælat. bonæ. §. nec nocebat. Reſcriptum. s̃. de officio delega. cap.
2. s̃. de ſententia excommunicat. inter alia. Fidei dubium. 24. quę
ſtione prima. quoties. Confert bona plura. ex prærogatiua perſo-
næ. s̃. de præben. de multa. dic, vt ibi no. Irritat infectum. s̃. de præ-
ben. inter cætera. Legem condit generalem. ſupra de conſtitu. c.
fina. Approbat imperium, confert, deponit et, vngit. s̃. de elect. ve
nerabilem. Concilium generale facit. 17. diſtinctioo. per totum.
ij. quęſtione vj. ideo. Sancit quoque ſanctos. s̃. de veneratione ſan
ctorum. ca. j. & ij. Ens non eſſe facit. s̃. de exceſſibus prælat. tanta.
§. j. Non ens forc. s̃. de tranſact. cap. j. Pallia ſemper portat. s̃. de vſu
pall. ad honorem. Concedit. cē. diſt. optatum. & in hoc participāt
quatuor patriarchales ſedes. s̃. de priuileg. antiqua. Legi nec ſub-
ditur vlli, humanę. ff. de legibus. Princeps. s̃. de electio. ſignificaſti.
Appellatur ad hunc medio ſine. ij. quæſtio. vj. cap. j. ij. & iij. s̃. de ap
pella. ſi duobus. ij. quæſtion. 7. metropolitanum. Iudiciumque eſt
pro lege ſuum. s̃. de ſententia, & re iudica. in cauſis. Monachum
reuocat renuentem. ix. quæſtio. 3. per principalem. Maius adulte
rio ſoluit generaliter. s̃. de iuditiis. at ſi clerici. Arctat. Et laxat. quic
quid ſponſis nocet. s̃. de conſang. non debet. Ordinat extra. Tem
pora dando ſacrum. s̃. de tempor. ordin. c. j. & 3. Promotum pro-
mouet. idem s̃. de temporis ordi. cap. j. & c. cum in diſtribuendis.
Ordinat atque die qua conſecratur. & ipſe. s̃. de elect. quòd ſicut.
§. præterea. Viuentiſque locum concedit. s̃. de conceſſ. præbend.
propoſuit. & c. conſtitutus. Iureque priuat. s̃. de reſcriptis. nonnul-
li. Inſignit. s̃ eo. volentes. Laico ſacra donat. ii. quæſtione 4. men-
nam. s̃. de decimis. tua. & j̃. Chriſma miniſtro. 95. diſtincti. perue
nit. s̃. de exceſſio. prælat. accedentibus. Summa ſede ſedet. 17. diſt.
huic. j. quæſtione 4. turbatur. & c. præcedenti. Plenuſque vicarius
extat. s̃. de tranſla. epiſco. inter corporalia. s̃. de pœnitent. cum ex
eo. in fin. s̃. de conceſſ. prebend. & eccle. non vacan. propoſuit. hi
vero verſus in Summa. eo. titu. §. quid pertinet. ver. illud quidem
& ſequenti. plenius exponuntur.

## ¶ De officio iudicis ordinarii. Rubrica.

### S V M M A R I V M.

1 *Archiepiſcopus poteſt in ſua diœceſi, conſtituere vicarios foraneos.*
2 *Appellari a vicario foraneo ad quem poſſumus.*
3 *Vicarij foranei qui dicuntur.*
4 *Potentioribus non poſſumus eſſe pares.*
5 *Archiepiſcopi non poſſunt ingredi ſuffraganeorum diœceſim ad iudicandum niſi permittatur ex conſuetudine.*
6 *Cauſa deuoluta ad metropolitanum per appellationem poteſt committi inuito ſuffraganeo.*
7 *Dignitas quæ non eſt non poteſt vacare, & gradus qui non eſt non poteſt rumpi.*
8 *Futura non poſſunt committi.*
9 *Sententia excommunicationis etiam iniuſta eſt timenda.*
10 *Minorem exercere poteſtatem in maiorem abſurdum eſt.*

## C A P. P R I M V M.

Omana. Cum archiepiſcopus in diœ-
ceſibus ſuffraganeorum ſuo
rum nihil poſſit inuitis ſuffraganeis regulari-
ter agere, non poteſt ibidē officiales foraneos
conſtituere, quamuis enim cauſas per appel-
lationem ad eundem delatas ibidem poſſit
committere, non propter hoc licet eidem ta
les officiales ordinare, & redditur ratio quare, porro & ſi tales cō
ſtituere poſſet de conſuetudine, tamen nō poſſunt inhibitiones
facere, antequam contigerit appellare. Officiales vero archiepi-
ſcopi quandiu idem archiepiſcopus infra ſuam prouintiam, vel
circa exiſtit, non debet in ſuffraganeos eiuſdem animaduertere,
quibus ob reuerentiam pontificalem, & hic Papa intendit defer
re. [In diœceſibus ſuffraganeorum.] ergo a contrario in diœceſi
1 ſua propria † poteſt tales officiales conſtituere, & quilibet ſuffra-
ganeus eadem ratione in ſua argument. ſupra de offi. archipreſ.
2 capit. j. & fina. ſupra de accuſat. ſicut olim. Sed ad quem † appella
bitur ab huiuſmodi officiali foraneo? Dicas, ꝙ ad illum, qui ip-
ſum conſtituit, quia talis non intelligitur ordinarius (vnde & ap
pellatur foraneus. vt s̃. nota.) ſed delegatus, & ideo appellandum
eſt ad delegantem. ff. de appellationibus. Imperatores. ſecundum
dominum noſtrum. ſupra de offic. delega. ſuper quœſtionum. §.
porro. C. qui pro ſua iuriſdictione. l. vnica. Et ſic non obſtat. s̃. de
appellationibus. Romana. Nec propter hoc dicetur archiepiſco-
pus, vel ipſe habere diuerſa conſiſtoria, ſed vnum tantum, in quo
tamē ſunt diuerſi iudices, ſiue officiales, vt hic. Alii maiores, qui
cum archiepiſcopo, vel epiſcopo eandem poteſtatem habent.
Alii minores, & certam poteſtatem habentes minorum, & idē
eſt conſiſtorium vtrorumque, vnde & de facto iſtorum mino-
rum ſicut & epiſcopi poterunt diffinire argumen. infra de appel
3 lationibus. extra. Romana. [Foraneos.] id eſt extraneos. ſiue † ex-
traordinarios, id eſt delegatos. argumentum. ſupra de tranſact. de
cætero. s̃. de probationibus. quoniam contra falſam. vel quaſi ad
tuendum forum. id eſt iuriſdictionem epiſcopi conſtitutos, vt ap
paret. j̃. Tales enim citabant partes in cauſis appellationū facta-
rum ad Remenſem curiam, & inhibebant iudicibus, a quibus
appellatum erat, ne pendente appellatione in cauſis procede-
rent, alioquin in tales rebelles ſententias fulminabant, & licet ex
hoc poſſet ſequi aliqua vtilitas, tamen inde poterat ſequi maior
incommoditas, ſcilicet perturbatio, & cōtentio iuriſdictionum,
quę ſtatim eſſet in ianuis inter huiuſmodi officiales, & ordina-
rios, quare merito reuocantur. ſecundum dominum noſtrum.
Quinimmo & iuris abſurditas, cum ipſi tuerentur appellationes
quantumcunque friuolas, & iniuſtas contra iura. ſupra de appel
lationibus. cum in eccleſia. & capitulo vt debitus. & capitu. cum
ſpeciali. & tales de meritis appellationum non poterant, nec ha-
bebant cognoſcere, ſed indiſtincte tantummodo timebantur.
Item quia conſtituebantur ad futura. contra illud ſupra de reſcri
ptis. capitulo finali. & ab illo qui adhuc iudex non erat, vt ſupra
nota. ſuper verbo, rebelles. contra illud. ff. de officio proconſul.
l. quarta. §. penultim. & fina. & eſt hæc litera expreſſa contra prę-
ſides prouintiarum, & alios principes, q quaſi in quolibet caſtro
ſubditorum ſuorū tales officiales ponunt, licet ibi nullam iuriſ-
dictionē habeant, niſi in caſib. ſed quo ad illos dicunt, ꝙ tales cō-

 ſtituunt,

ſtituunt,quos ſubbaiulos vocant,& expreſſe facit cōtra tales. Authen.de defen.ciui.§.non habente licentiam.& ſequ.& in Auth. de collatoribus.§.iubemus autem omnes iudices.ver.non enim permittimus.colla.ix.Et merito hoc prohiberi debet, quia & tales quæſtuoſi ſunt & ſubditis oneroſi,& per quandam alluuionē trahunt ad ſe totam iuriſdictionem,quia paulatim lupus comedit totum gregem.13.quæſtione 1.§.quia ergo.ſ.de præſcriptionibus.ex tranſmiſſa,nec percipitur alluuio,quia latens eſt incremētum.vt Inſtitut.de rerum diui.§.præterea quod per alluuionem. ſed & plerunque tota iuriſdictio inundatur, alias inuaditur,quia violenter & occulata fide occupatur, quæ ſi ceſſaret, ager iuriſdictionis penes illum remaneret,cuius erat.arg Inſti.de rerum di
4 ui.§.alia ſane.† Sed potentioribus pares eſſe non poſſumus. ff. de ali.iudi.cau.fac.l.3.nec reſiſtere legi iuriſgentium furioſe.Inſtitu. de iur.natu.§.ius autem gentium.prima diſt.ius gentium.[Ingre
5 diantur vt in eis]quaſi dicat,non prohibetur,quin poſſint†ingredi,& morari,vel trāſire ſicut extranei,ſed caueant, ne intrent ad iudicandum ibidem,vel pro tribunali ſedendum,niſi & conſuetudo aliud indulgeat,vt ſ.ſequitur,& in aliis caſibus.nor.ſ.de ſupplen.negligen.præla.extra.Romana.§.quia ſi etiam.ſuper verbo, a iure conceſſum.[Authoritate propria.]quaſi dicat authoritate non propria,vel de conſenſu ſuffraganei hoc poſſet facere archiepiſcopus.ſupra de foro competent. extra.Romana.& vt dicunt ea de quibus hic fit mentio.& §.ſ.no.[Iudicent.] ſedendo etiam de plano,vel aliquid aliud quodcunque ſit illud exceptis caſib. vt ſ.no.[Agant.]per ſe.[Canonica] nona.quęſtione.ii.ca.ij.& q. 3.ſaluo.& c.nullus primas.[Per alios.] quaſi dicat,quod quis per ſe non poteſt facere,nec per alium hoc debet attentare.ff. de admi.rerum ad ciui.per l.ij.§.ij.45.diſt.ſicut non ſuo.ſ.de pecu. cle. ca.penul.ſ.de ſenten.excommu.mulieres. hoc tamen fallit quādoque,vt 86.diſtin. non licet.ff.de nego.geſt. at qui natura §.qui me abſente.¶[Nec] ij.pars.[Pro eo] alias ex eo.[Diœceſibus delegare] id eſt aliquibus de dictis diœceſibus nolentibus recipere nolentes enim compellere non poteſt.ſ. de foro competenti extra,Romana.& ſecundum hoc intellige.ſ.eo.paſtoralis. reſpon. j.ver.ad quod reſpondemus.vbi de hoc.Vel ideo dicit in diœceſibus,quia ſubdito ſuo immediate poteſt hanc cauſam cum effectu committere,& ibidem ad diffiniendum mittere, qui & in
6 hoc caſu poterit ibi,etiam inuito†ſuffraganeo pro tribunali ſedere,cum hęc cauſa iam ſit tranſlata ad metropolitanum per appellationem,vt ſupra eodem.duo ſimul.cum ſuis ſimilibus. Secus quo ad illam,quæ adhuc non eſt ad ipſum delata,vt ſ. ſequitur.ver.quia in cauſis.& verſi.non autem.Hoc etiam ſane intelligas,vt ſ.cum cauſam vnius epiſcopatus in alio epiſcopatu non committit,nec cauſam ſubditorum ſuorum in diœceſibus ſuffraganeorum ſine eorundem voluntate,quia nec ibi poteſt ſedere pro tribunali ipſis ſuffraganeis inuitis,niſi in caſibus, vt hic p̄miſit.de quibus non ſunt ſupradicti,& ideo caute,& ſubtiliter eſt notandum.[Tales officiales]foraneos.quo ad futuras appellationes tuendas.[Qui.] ſ.officialis.[Eorum] ſ.metropolitanorum. [Cum appellatur] id eſt appellabitur,nam ex quo appellatum eſſet,hoc poſſet committere metropolitanus,vt ſup. [Citationes.] quo ad partes.[Inhibitiones] quo ad iudices,a quibus appellatū eſt.[Compeſcant.]per cenſuram eccleſiaſticam.ſ.de verborum ſignificat.querenti.[Rebelles] ſcilicet partes , ſi citatæ non irent ad curiam Remenſem,vel iudices ſi poſt inhibitionem ſibi factam ab his officialibus in aliquo procederent, ad hoc enim tantum inſtituebantur,nec diſtinguebatur,vtrum eſſet iuſte, vel irrationabiliter appellatum,vt nota.ſupra ſuper verbo, foraneos . [Quia in cauſis] verſic.in quo reddit rationem,quare cauſam,in qua appellatum eſt,poteſt committere.[Non autem ſic]verſi.in quo reddit rationem,quare non poteſt committere cauſam,quę adhuc ad ipſum metropolitanum delata non eſt.[Appellatum] ſubaudi,nec alias delatum,vel relatum.ſecundum caſus nota.ſupra de ſupplen.negligen.prela.extra.Romana.[Extitit.] ſubaudi. cum adhuc non ſpectet ad ipſum iuriſdictio, & ex hoc ſubauditu ſequitur ſequens concluſio.[Et idcirco] &c.[Non debent.]qa iuriſdictio,quæ non eſt,committi non poteſt.argu.ſ. de reſcript.
7 paſtoralis.§.pœnulti.& dignitas† quæ non eſt,vacare non poteſt ſupra de conſti.cum acceſſiſſent.& collegio quod non eſt priuilegium,dari non poteſt.ſ.de ecc. ędi.ad audientiam. ſecundo.& matrimonium quod non eſt,accuſari non poteſt.ſ.de deſpo. impub.ad diſſoluendum.& id quod non eſt,excipi non poteſt.ff. de contrahenda emptione.in lege.& gradus,qui non eſt, rumpi nō poteſt.ff.de iniuſto rup.teſtamento.nam & ſi ſub conditione. & perſonæ,quæ non eſt,ratio reddi non poteſt.ff.de iur.codicil.quidam referunt.& eius quod non eſt iuditium, accipi non poteſt,
8 & ideo† nec futura committi poſſunt.ff.de iuditiis. non poteſt. & l.non quemadmodum.ſupra de reſcriptis.ad hæc ſumus.& c. quia nonnulli . quia nec tractatus futuri temporis ad iudicem ſpectat.ff.de vſuris.lege prima.vnde,& ſequitur.[In futuris] nam in præſentibus poteſt,vt nota.ſupra eodem.ſuper verbo , cum appellatur.[Niſi] verſiculo,& debet continuari cum verbo, præcedenti conſtituere,nam de illo excipit.[Inſtitutionem]non dico iuriſdictionis futuræ exercitium , quia quo ad illud non prodeſſet conſuetudo.vt ſupra verſi.a quibus. [ De conſuetudine.] quæ & priuatæ perſonæ dat iuriſdictionem,vt ſupra de foro compet. cum contingat.ideoque non eſt mirum , ſi iuriſdictionem metropolitani ampliat,vt hic, & infra de appellationibus.extra Romana.§.primo.& §.debet.[A quibus.] verſiculo, ſcilicet metropolitanis.[Conſtitui.] ſcilicet tales officiales foranei . [ Prohibitiones] alias.[Inhibitiones] ſcilicet,generales. quas faciebant iſti foranei edictum generale promulgando , per quod inhibebant omnibus iudicibus de prouintia ordinariis,vel aliis, ne de cauſis in quibus ad Remen curiam appellari contingeret, ſe intromitterent,nec in ipſis aliquo modo procederēt , ex quo appellatum eſſet.ſimi.ſupra de ſupplenda negligentia prælat.extra Romana. quod ſi quis faceret,ſciret ſe excommunicationis vinculo innodatum,& ideo tales generales ſententiæ reprobantur,niſi ex cauſa expreſſa fiant. infra de ſententia excommunicatione.extra Romana.§.porro.& ſequenti.[Inhibemus.] & merito,quia nec ipſi archiepiſcopi hoc debent facere , niſi ex cauſa, & partibus conuocatis. infra de appellationibus.extra.Roman.§. ſin autem poſt ſententiam.& ſequenti.& §.penultimo.¶ Officialis autem.] tertia pars.[Vel circa] ita vt de facili poſſit adiri,puta infra duas dietas.argumentum.ſupra de reſcriptis.nonnulli.vel hoc arbitrariū erit.argumento.ſupra de officio delega.de cauſis ff.de iure deliberan.l.prima.§.ait prætor.ff.de verborum obligation. continuus. Sed quod primo dixi magis placet.[Extiterit]non quòd ipſe ferat ſententiam extra prouintiam,ſed vt conſulatur , & quod ſibi placuerit,reſcribat,vel committat.argumentum.ff.de offic. proconſul.l.quarta.§.penultimo.& finali.quod dic,vt notatur. ſupra de offi.lega.nouit.[Non attentet.]Quid ſi hoc fecerit?Tenet ſententia,quia multa fieri prohibentur,quæ tamen facta tenent. ff. quando appella.ſit l.prima.§.biduum.ſupra de regularibus. ad apolicam.ſecundum B.ſupra de iureiurand. quemadmodum. §. quòd ſi poſt huiuſmodi.& quia in dubio,quod tutius eſt, tenendum eſt.ſupra de cleri.excommunica.miniſtran.illud.§. licet au
9 tem.& quia etiam † ſententia iniuſta timēda eſt.vndecima quęſtione tertia.capitulo primo.dicimus tamen, quòd iniuſte facit, & ſine difficultate,a ſuperiore relaxari debet.x.diſtinct.vides. C. de legibus.non dubium.& promulgator eſt canonice puniēdus. ſecundum ea quæ no.ſupra de ſententia excommunicatio.cum medicinalis.§ ſi quis autem.[Et hoc idem] verſi.[Suffraganeos] ne ipſos ſcilicet interdicere,vel ſuſpendere,ſeu excommunicare, attentent , quandiu archiepiſcopus eſt infra ſuam prouintiam, vel circa.[Quibus] ſ.ſuffraganeis.[Pontificalis ] Quid ergo de electis?idem iuris putamus eſſe.argum.ſupra de tranſla.epiſco.inter corporalia.§.primo.licet enim non ſint Pontifices,gerunt tamē officium pontificale quo ad iuriſdictionem.ſupra de elect. tranſmiſſa.& iunge quod nota.ſ.de excelſione prælato. accedentibus. [Officii] ratione cuius quandoque in aliquos debet animaduertere,& ideo odia multorum frequenter incurrunt,& inſidias patiuntur,quare is,magis eſt deferendum: quia timendum eſt, ne excuſſis columnis corruat ędificium.ſupra de accuſationib. qualiter.ij.§.j.& ideo eis eſt deferendum,vt ibi,& hic,& ſupra de offi. delega.ſane quia.& capitu.paſtoralis.& infra de ſententia excommunicatio.quia periculoſum.[Volumus ] quia eadem ratio eſt in aliis,quæ in Remen.prouinciæ ſuffraganeis, ergo idem ius ſtatui debet.ſupra de conſti.tranſlato.ſ.de conſanguini.tua.[In hac
10 parte]nam & abſurdum videtur,quod minor† poteſtatem exerceat in maiorem.vigeſimaprima.diſtinctio. inferior.ſ. de maio. & obed.cum inferio.ſecundum B.Sed hoc non procedit hic, qa officialis archiepiſcopi maior eſt in iuriſdictione, cum idem cōſiſtorium habeat cum archiepiſcopo . infra de appellationibus. extra Romana. vnde & ſi archiepiſcopus non ſit in prouincia, neque circa,ſed diſtat vltra duas dietas a prouincia , poterit officialis archiepiſcopi in huiuſmodi ſententiis in ſuffraganeos promulgare,ne ex hoc contingat iuſtitiam impediri,vel nimium retardari,vt hic,& ſupra innuit.& argumen. infra de reſtitutio. ſpoliato.extra.frequens.ſupra de foro competen.licet.ſupra de reſtit. ſpolia.literas.§.preterea.ſupra de appellationibus.interpoſita.§.ſi. Dicas ergo in hac parte ſcilicet in caſu predicto , quando videlicet archiepiſcopus eſt infra ſuam prouinciam,vel circa,& eſt argumentū,quod quis ſit citandus extra prouinciam,quādo eſt circa prouinciam.de hoc.ſupra de dolo & contumacia. cum olim. d.§.penultimo verſi.mandantes.ſ.de cleri.non reſiden. ex tuæ.ſ. de elect.coram.

¶De iuditiis. Rubrica.

*SVMMARIVM.*

1 *Ius ambiguum quod dicitur.*
2 *Delegatus an poteſt præcipere in ciuilibus,vt partes coram ſe compareant.et nu.9.& 13.*



3 *Defenſio an ſemper poteſt fieri per procuratorem in ciuilibus.*
4 *Citatio ſemper debet fieri,vt per ſe,vel per idoneum reſponſalem compareat.*
5 *Beneficia conceſſa a iure nemini ſunt auferenda.*
7 *Procurator in quibus cauſis criminalibus non poteſt interuenire.*
8 *Reus ſi nihil opponat contra procuratorem accuſatoris, an poteſt iudex eum repellere.*
9 *Procuratorem contra ſi non fuit oppoſitum in criminalibus an vadat proceſſus cum eo habitus.*
10 *Iuramentum veritatis dominus debet præſtare non procurator.*
11 *Procurator epiſcopi,vel conuentus,vel vniuerſitatis iurare debet in perſonā propriam.*
12 *Perſonæ egregiæ non coguntur venire ad præſtandum iuramentum veritatis.*
14 *Iudex recedit a iure communi ſi ſententiando non exprimit cauſam.*
15 *Delegatus ſi citat perſonaliter non exprimendo cauſam ſi citatus non comparet ſaltem per procuratorem, an dicitur contumax.*
16 *Delegatus debet facere fidem de ſua iuriſdictione.*
17 *Delegatus ſi non vult facere fidem de ſua iuriſdictione quomodo poteſt accuſari a procuratore,ita quod pro contemnet in eum.*
18 *Delegatus in quibus caſibus poteſt citare,quod reus perſonaliter compareat.*

## CAP. PRIMVM.

IVris. Non poteſt iudex delegatus citare partes,vt coram eo præciſe perſonaliter compareant,niſi in caſibus hic expreſſis.
1 [Ambiguum]† ambiguū ius eſt , vbi iura ad inuicem videntur contraria,ita ꝙ ſapientes diſcordant,& contrarias opiniones,ſcribunt, & tale ius eſt per ſummum Pontificem declarādum.ſ.qui ſi.ſint legi.per venerabilem.§.rationibus.& ideo multa talia ſunt per ipſum determinata,& declarata,vt patet.ſ.de reſcrip.ſuper literis.ſ.de ætate & qualita.quæris.& ca. a multis ſ.de offi.delega.ſuper quæſtionum.ſ.de cau.poſſ.paſtoralis.ſ.de reſtit. ſpol.literas.[Non videtur] q.d.ſi de hoc quæratur,indubitate† reſponderi debet,ꝙ hoc nō poteſt præcipere delegatus,vt perſonaliter partes corā ipſo compareant. ſicut nec poſſet præcipere , ꝙ irent ad beatum Iacobum,quia illa & ſola commiſſa videntur,ſine quibus cauſa commiſſa ſibi expediri non poteſt.ſ.de offi.dele. ca.j.& c.præterea.& c.ſuſpitionis.ſed ſine hoc expediri poteſt per procuratores,ergo hoc mandare non poteſt, quia nō ſpectat ad officium ſuum cum nec illud videatur commiſſum, ergo non aſtringit præceptum partem citatam.ff.de regu.iur.factum a iudice.[Delegatum] ergo a contrario aliud videtur de ordinario. arg.xxv.diſt.qualis.ff.de iudi.cum prætor.cum ſuis ſimilibus. ſed
3 idem eſt in ordinario, cum quilibet †poſſit per procuratorem ſe defendere in ciuilibus.C.de his qui ad eccle.confu.præſenti.§. cū autem.ff.de procura.l.j.ſ.de iuramen.calum.ca.fi.ſm B.Dicas,ꝙ & ſi in caſibus ciuilibus,quando de ipſis agitur,coram ordinario ſit idem,tamen ſimpliciter non eſt idem,nam & multi caſus occurrere poſſunt,in quibus ſi nulla cauſa litigandi moueatur , pōt tamen ordinarius præcipere ſubdito,vt perſonaliter compareat, puta,ꝙ eget ordinarius ſubditi conſilio,vel auxilio corporali , qđ quia non poteſt per alium expediri.arg.22.q.v.de forma,ſ.de off. dele.quoniam.§.his aūt.cum ſuis concordātiis.vel quia ōn vult, ꝙ ad ordines promoueatur.ſ.de ætate,& qualita.c.j. & multi alii caſus occurrere poſſunt,& ideo dicit delegatum,cui non parendum eſt,niſi in his , quæ ad cauſam ſibi commiſſam pertinent, ſed ordinario in omnibus dubiis eſt parendum.23.q.j. quid culpatur.hæc de conſuetudine,& de facto in variis factis quotidie ęquiparatur.[A ſede apoſtolica]quæ hoc poteſt committere,quādocunque placet,& ſic intellige.ſ.de dolo & contuma.cum dilecti.§.expectantibus.ver.ſed contra.quæ tamen parcit vniuerſitatibus,& capitulis,cum graue eſſet,& intolerabile totam vniuerſitatem,vel collegium vniuerſaliter citari in perſonis propriis,& ideo ſufficiunt procuratores.ſ.de maior.& obedien.humilis.ſ.de ſyndico.capi.vnico.& ſ.de iuramen.calum.in pertractandis. Sed nec cogitur quis in grauibus cauſis procuratorem conſtituere.ꝙ dic,vt no.ſ.de procuratoribus.querelam.[Alterutram.]q.d.nec actorem,nec reum,ſed ſemper ſic debet fieri citatio,vt per ſe,vel
4 idoneum † reſponſalem compareat,vt ſ.de dilationibus.ca.fin. reſpon.j.& de dolo & contuma.ca.fina.§.j.[Perſonaliter.] poteſt enim per procuratorem defendere ſe,vt no.ſuper verbo, delega
5 tum,quod beneficium cum a iure concedatur,† nemini eſt auferendum.28.diſt.de his.niſi ex cauſa,vt hic patet,& ff.de re iud. l.ii.& l.4.§.ſi quis condemnatus.excipe Papam,qui ſupra ius eſt . ſ.de conceſſ.præb. propoſuit, & ideo poteſt ex certa ſcientia hoc beneficium auferre,& perſonam perſonaliter arctare,vt nec per alium audiatur.ſ.de maio.& obedien.ca.fi.in quo etiam caſu ɔſueuit iuſtas excuſationes audire.vt ſ.de dolo & contuma. cum dilecti.§.expectantibus.& de accuſ. veniens.iuſta enim exceptio ſemper eſt admittenda etiam ab excommunicato.ſ.de exceptionibus.cum inter priorem.quantumcunque præciſe ſcribatur, niſi ex certa Papæ ſcientia(quod tamen non conſueuit facere)hoc tollatur.ſ.de offi.deleg ex parte ij.Ordinarius etiam & ſi poſſit citare perſonaliter,beneficium tamen procuratoris conſtituendi auferre,non poteſt,niſi ex cauſa , vt dictum eſt . Delegatus vero
6 nullo †modo poteſt citare perſonaliter,niſi ſm ꝙ in hoc.c.legit. & notat. & ſic quantum ad vim perſonalis citationis maior eſt poteſtas Papæ quam ordinarii,& ordinarii maior, quam delegati.[In iudicio]nec alias coram ipſo quia quo ad ea,quæ ſibi commiſſa non ſunt,priuatus eſt,& ideo ei parendum non eſt,ſecus in ordinario,vt no.ſ.& ideo quia ſemper iudex eſt,ei magis ex debito eſt deferendum.ſ.de appellationib.vt debitus.vbi de hoc.[Criminalis.] grauis,ſcilicet talis & tanta, ꝙ pœna maior relegatio
7 ne ſit†imponenda,in hac enim procurator interuenire non poteſt,& ſic intellige.v.quæſtione tertia.reos.vigeſimatertia.quęſtione quinta.reos.ſ.de accuſationibus.veniens. alias ſi pœna relegationis,vel minor eſſet imponenda,idem eſſet,quod in ciuili quo ad procuratorem conſtituendum,& hoc diſtinguitur.ff.de pub. iudic.l.penultima.§.ad crimen.ff.de pœnis.abſentem.§,aduerſus ff.an cauſæ appella.per alium exerce.poſſ.l.prima.§.primo.Item ideo dicit criminalis,quia aliud eſſet,ſi de crimine ciuiliter ageretur.C.ad legem Corneliam.de fal.l.fi.ſ.de teſtibus.teſtimonium. §.j.ideo in cauſa denuntiationis , vel inquiſitionis poteſt conſtitui procurator.ſupra de procuratoribus.in noſtra.ſ.de ſententia & re iudica.cum.I.& A.Item ideo dicit criminalis , quia aliud, ſi ſit mixta.ſ.de procuratoribus.tuæ.ſupra de accuſat.ſuper his. ſed & criminalem accipit largo modo,vt comprehendat etiam popularem actionem,in qua ex parte actoris,non poteſt interuenire procurator,niſi afficiatur priuato incommodo , & ſic intellige.ff.de procuratoribus.licet.§.in popularibus.& l.non cogendū §.qui ita.ff.ne quid in loco publi.ei qui.quod dic, vt plene nota. in Summa de procuratoribus.§. & in qua re . Quid ſi reus nihil
8 opponat contra procuratorem ab accuſato conſtitutum? Dic, quòd iudex nihilominus eum debet repellere,vt ſupra de accuſationibus.cum.P.Manconelta.& capit.veniens.& argumen.ſ. de
9 exceptionibus.exceptionem.Sed quid ſi †non fuit repulſus,nunquid valebit,quod cum eo actum eſt? Ita videtur. argumentum, ff.de procuratoribus.ita demum.ff.de iudiciis.licet.ff.rem ratam habe.l.tertia.§.falſus.[Pro veritate dicenda]quod intellige in ſpiritualibus.ſecundum B.ſupra de iuramento calumn.literas. Immo & intellige hoc,quando dicitur , quòd dominus melius nouit veritatem,vel legalior eſt.C.de procurato.l.fi.ff.de procurato, ſi actor.quod dic,vt ibi notatur.ſupra de iuramen. calum.in per
10 tractandis.Sed & verum eſt,ꝙ †iuramentum de veritate dicenda præſtare debet,non procurator,ſed dominus. ſupra de electi. dudum.§.tādem.& §.partibus.& bene ſufficit, quòd procurator poteſtatem habeat , vt in animam domini iuret . infra de teſtibus, extra.ad hæc.præſentium.[Calumniæ] quando agitur inter priuatas perſonas,& de priuato iure,& ſic intellige . C.de iureiuran. propter calumniam dando.auth.principales.ſ.de iuramen.calū, capit.j.circa principium. Secus quando eſt procurator epiſcopi,
11 vel † conuentus,ſeu vniuerſitatis,quia talis iurat in perſonam ꝓpriam ſ.de iuramento calumniæ,capitulo penulti.& fina. quamuis ergo non ſit vis facienda in nominibus eorum,qui vices alterius gerunt in iuditiis,ſecundum iura canonica. ſupra de procuratoribus.petitio,eſt tamen magna vis , vtrum talis gerat vicem procuratoris,vel ſindici , vel actoris , & ſecundum hoc intellige quod nota.in Summa de ſindico.§.& de differentiis . & de iuramento calumniæ.§.quis debet.verſiculo,quòd autem. & præce
12 dentib. Sed & in his duobus caſibus,ſi ſint perſonæ egregiæ†non coguntur venire,ſed mittitur ad eas , qui iuramentum recipiat. ff.de iureiurando.ad egregias.vndecima quæſtione prima. de perſona §.Imperator.ſed & verecundiæ ſexus parcitur.C.de iuramē. calum.l.ſecunda.§.ſin autem vel dignitas[Facienda]ſequitur hic ſecundum quoſdam libros in textu.[Vel alia.] ſed non occurrit ad præſens,ꝓ quo ſupponat,hoc tamen patet ex præmiſſis, quòd delegatus,cui hoc ſpecialiter commiſſum non eſt,citare non po
13 teſt perſonaliter,niſi ex cauſa. Quid ergo ſi citat † perſonaliter,& tamen non exprimat? Videtur,quòd citatus venire tenetur.argument.ſupra de ſententia,& re iudicata. ſicut nobis . Tu vero dicas,quòd aut conſtat ſaltem ex tenore reſcripti in citatorio inſerti,quòd hanc poteſtatem recepit,& ſic tenetur venire citatus perſonaliter.vt ſupra eodem capi.& infra de dilationibus.præterea. aut conſtat,quòd non recepit hanc poteſtatem, & tunc non tenetur venire,niſi cauſa,quare hoc fit , in ipſo citatorio exprimatur.argumentum ſupra de appellationibus.cordi.§.primo . & de ſententia excommunicatio.Romana.§.caueant.in fine.& quinta.quæſtione ii.c.fina.& ſupra de dilationibus.capi.j. nam talis citatio ſine cauſa facta temeraria dici poteſt,vt ex præmiſſis liquet & ſic non poteſt arctare citatum.ſ.de elect.bonæ.ij. in fine. Nec obſtat.ſ.de re iudica.ſicut nobis.quia expedit rei publicę quòd teſtimonia & ſententiæ latæ valeant , & ſi cauſa non exprimatur, vt ibi.& argu.ff.de offi.præto.Barbarius.ſ.de dolo & contuma. finem.in principio.ſed & idem expedit,vt delegato iuriſdictio tanquam minus fauorabilis ſaltem in ſui princ. reſtringatur,vt hic,

& argu.ſ.de reſcrip.nonnulli.in princ. & §.cum autem.Item per
primum nullum ſit præiudicium alicui, ſi dicamus ualere ſen-
tentiam,per ſecundum vero. ſi diceremus valere, fieret præiudi-
cium citato,qui regulariter poteſt cōſtituere procuratorem, qđ
ius per quam neceſſarium eſt.ff.de procu.l.j. in fine. quinimmo
& quandocunque iudex etiam ſententiando a iure communi
14 recedit,† debet cauſam exprimere.ff.de appellat.non recipi.ſcien
dum.in Auth.de iudi.§.oportet.colla.vj.ergo cum delegatus citā
do perſonaliter recedat a iure communi, neceſſe habet cauſam
exprimere,vt hic,& argu.ſupra de reſtitu.in integr.tum ex literis.
§.fina.& ſic conſiderata mente vtrorumque iurium potius con
cordant,quam diſcordant.Quid ſi inquiſitio ſit commiſſa,nun
quid poteſt citare perſonaliter illum,contra quem ſit inquiſitio
& ſi hoc non habeat forma reſcripti? Dicas,ꝙ ſic,cauſa expreſſa
ſ.ꝙ ab ore ſuo vult inquirere veritatem,vt patet in eo, quod legi-
tur,& notatur.ſ.de accuſa.ſi conſtiterit.& ca. qualiter.ij.§. debet
alioquin contra,cum per procuratorem ſe defendere poſſit.j. de
re iudicata.cum.I.& A.& no.ſupra ſuper verbo,criminalis.Quid
ſi ex hac cauſa citatus mittat procuratorem ad excipiendum cō
tra reſcriptum,vel iudicem,vel proceſſum,cum adhuc neque in
quiſitum ſit de infamia,neque conſtet? Videtur excuſandus cita
tus,dummodo procurator verum,& rationabile quid prętendat,
tale videlicet ad quod potuit conſtitui procurator,& tale,ꝙ ſi ci-
tatus eſſet præſens,non teneretur reſpondere.argumen. ff.ſi quis
15 in ius vocan.non ierit.l.ij.in fine.Quid ſi delegatus † citat perſo-
naliter,nec cauſam exprimat, nunquid non comparens ſaltem
per procuratorem debet contumax reputari? Non videtur, quia
perſonaliter non cogitur venire,vt citatus eſt, nec per procurato
rem,quia nec ſic citatus eſt. ſupra de dolo & contumacia. cum
dilecti.§.expectantibus.verſiculo finali.perinde eſt igitur ac ſi ci-
tatio facta non eſſet.argu.ff.de auth.tuto. nulla differentia.& ſibi
imputet delegatus nam quod uoluit ſcilicet citare perſonaliter,
hoc non potuit,quod vero potuit ſcilicet citare, per procurato-
rem hoc noluit, ergo voluntas & poteſtas ad inuicem ſe impe-
diunt.ſupra de offic.delega.cum ſuper abbatia. Sed quid ſi inqui-
ſitor citat perſonaliter cauſam exprimens, ꝙ vult ab eo veritatē
audire,& procurator compareat cum ſufficiēti procuratorio pe-
tens,ꝙ ſibi fiat copia de reſcripto,inquiſitor vero reſpondet ei, ꝙ
faciat fidem de mandato? Videtur, ꝙ ad inuicem ſe impediant,
ſicut alias.ff.de vſuſfruct.quoties.ff.de hæredi.inſtit. in tempus.§.j.
& l.Cornelius.Sol.ſi iudex ſit ordinarius,cum de iuriſdictione ɔ
ſtet,fieri debet fides de procuratorio, antequam procurator ad-
mittatur,vt legitur,& no.ſ.de procuratoribus.c.j.Si vero iudex ſit
16 delegatus,cum talis non naſcatur,nec præſumatur † debet facere
fidem de iuriſdictione,vt legitur,& no.ſ.de offi.deleg.cum in iu-
re.& procurator poſtea probet mandatum,nec antea cogit, nō
enim non iudici,ſed iudici facienda eſt fides.C.de condi.ob tur.
cauſam.l.j.Sed contra,quia nec procurator talis naſcitur, nec ip-
ſe citatus eſt,ſed dominus? Poteſt ſibi dicere delegatus,chariſſime
ego citaui talem,qui non comparet,& non te, qui ſuo nomine
compares,ſi non facis mihi fidem, ꝙ eius pręſentiam repręſen-
tes,ego ipſum reputo contumacem, & ſcio quid habeo facere.
Solu.minus cautus erit procurator,niſi procuratorium ſuum le
gat.Sed quid ſi legerit,& iudex faciat poſtea legi poteſtatem ſuā,
& petatur copia hinc & inde, & neuter velit hanc primo facere,
ſuſpitionem forſan allegans? Reſpon.ſi talis non ſit inſtitutus in
aliqua eccleſia collegiata honorabili, vel ſuperiori non habet lo
cum quæſtio quantum ad delegatum ſedis apoſtolicę,vt patet ſ.
de reſcriptis.extra do.noſt.pręſenti.hodie incipit ſtatutum. Sin-
autem talis ſit,curialiter faciet procurator,ſi ei deferat, ſed ſi hoc
facere noluerit,videtur eſſe ad arbitros,ſiue alios communes ho
mines recurrendum,qui hoc dirimant.arg.ſ. de reſcriptis.paſto-
ralis.& arg.ff.de ſol.ſi ſoluturus.vel ad ordinarium (quod melius
eſt) recurratur.argu.C.de iudi.l.fina.qui habet ſupplere defectū,
ſeu negligentiam delegati.ſ.de offi.ordina.ſignificauit.cum ſuis.
17 concordantiis.Sed quid ſi iudex † nolens facere fidem de iuriſdi-
ctione a pcuratore nomine domini ſui canonice recuſetur? De-
bet procurator fidem facere de mandato,nam eoipſo ꝙ recuſat
videtur eum iudicem confiteri,niſi forſan ſic diceret,non credo
ꝙ ſis delegatus,ex quo fidem non facis,ſi tamen reperiretur te eſ-
ſe iudicem recuſo te ex tali cauſa,&c.tunc enim ſi delegatus cau
ſam legitimam recuſationis non admitteret,poſſet appellari, &
ſufficeret probare mandatum coram ſuperiore. argumen. ſ. de
offi.delega.ſuper quæſtionum.§.fina.ſ.de appella.vt debitus.& ca
pitu.cum ſpeciali.] Neceſſitas.] quia aliter expediri non poteſt in
18 quatuor caſibus hic notatis.Primus † eſt,vbi Papa hoc iniunxit,
quia niſi forma reſcripti ſeruaretur,nihil ageretur.ſupra de reſc.
cum dilecta.in fin.Secundus vbi cauſa criminalis eſt, quæ per a-
lium expediri non poteſt Tertius ob veritatem inueniendam, q̃
cœlare mortale eſt.xj.quæſtione tertia.quiſquis.& cui ſubuenire
debet iudex.ff.de teſti. curent.ſ. vt lite non conteſtata. quoniam
frequenter. & ſic vel nullo modo poteſt, vel non ſic commode
poteſt id,de quo agitur,expediri.Quartus,quando priuata perſo-
na agit de iure priuato,vbi quidem nec per alium pręſtari poteſt
iuramentum de calumnia, & eo non præſtito procedi non de-
bet.ſupra de iuramen.calum.cæterum.vbi de hoc. [Coram eo]
ſcilicet delegato.[Exegerit.] cum nec aliter expediri poſſit.ſupra
de offic.delegat.præterea.

¶De foro competenti. Rubrica.

*SVMMARIVM.*

1 *Cauſa deuoluta ad metropolitanum per appellationem prius debet diſcuti de uiribus appellationis,nam ceſſante appellatione ceſſat & cauſa.*
2 *Laici poſſunt conſentire in iudicem non ſuum abſque conſenſu ſui iudicis.*
3 *Clericus in quibus caſibus poteſt conſentire in iudicem non ſuum.*
4 *Conſiſtorium epiſcopi,& officialis idem eſt.*
5 *Tralati nomine qui veniunt largo modo.*
6 *Salariorum promiſſio non debet eſſe de quota parte litis.*
7 *Aduocati magis ciuilloſi ſunt,quam principales.*
8 *Aduocati officium,& procuratoris differunt.*
9 *Forum quando quis ſequitur ratione contractus.*
10 *Excommunicari an quis poſſit a iudice non ſuo ratione contractus celebrati in ſua diœceſi.*
11 *Lite non conteſtata in quibus caſibus procedi poteſt.*
12 *Iudex interlocutorie pronuntiando an poteſt pronuntiare, de bonis non ſuę iuriſdictionis.*

## C A P. PRIMVM.

ROmana. Si cauſa ſubditorum ſuffra-
ganei per appellationē ad
archiepm deferatur,nō poteſt omiſſo appel-
lationis articulo etiam de conſenſu partium,
niſi ſuffraganeus conſentiat, in principali cā
procedere: quia nec poſſunt ſubditi ſuffraga-
nei ſine ipſius licētia in archiepm tanq̃ in le-
gitimum iudicem conſentire,nec poteſt metropolitanus ſubdi
tum ſuffraganei ad cauſam dictæ appellationis ſuſcipiendā, & di
iudicandam,nec ad teſtimoniū in eadē cauſa ferendum inuitū
compellere,niſi aliud habeat de conſuetudine, & idem debes de
officialibus epiſcoporū,& aliis iudicibus ordinariis ſub ſuffraga-
neo conſtitutis,intelligere, nec occaſione ſalariorum promiſſo-
rū procuratoribus,& aduocatis in curia archiepiſcopali cauſam
ducentibus poſſunt eoſdem ſubditos ad rñdendum præciſe co-
gere,nec aliarum diœceſum contrahentes in diœceſi archiepi-
ſcopi,ſi ibi non reperiantur,inuitos trahere,licet,ſi citati non ve-
nerint,poſſit aduerſarium in poſſeſſionem bonorum, quorum
iuriſdictio ad archiepiſcopum pertinet, ponere, vel ſi malitioſe
ſe occultant,etiam in poſſeſſionem bonorum, quæ alibi tenent,
ponendum decernere,& ordinario bonorum,vt ſuam ſententiā
exequatur,denuntiare,nec in clericos ſuos pro iniendis,vel reco
gnoſcendis contractibus coram ipſis ad diœceſes ſuffraganeorū
debent mittere,nec ſuffraganeorum ſubditos occaſione hac co
gere ad parēdum coram ſe iuri ſtare, nec propter hoc in rebelles
officiales ſuffraganeorum,vel alios ſubditos cenſuram eccleſia-
ſticam exercere.[Pretermiſſo.] ſubaudi,ſicut nec alias etiam cū
minime.[Appellatum] &c.& iuſte hoc dicitur, cum enim cau
1 ſa ſubditorum ſuffraganei † per appellationem defertur ad me-
tropolitanum,deficiente appellatione deficit & ipſa delatio,& ꝑ
inde habetur,ac ſi appellatum non eſſet,igitur appellationis arti
culus non eſt omittendus, ſed diligenter examinandus, & diffi-
niendus, vt per hoc ſciamus, vtrum metropolitanus debeat in
principali procedere,ſi appellatio inuenta fuerit iuſta, vel partes
ad ſuffraganeum remittere,ſi iniuſta.ſ.de appel.vt debitus.& ex-
tra.Romana.§.ꝙ ſi obiiciatur.& §.fi.curia tamen,alias Papa ple-
runque omiſſo appellationis articulo procedit in principali cau
ſa expediendi partes,& abbreuiandi lites,quia boni prætoris eſt li
tes dirimere.ff.ſi certum peta.quidam æſtimauerūt,ſed illud po-
teſt facere ſine iniuria,quia ordinarius eſt cunctorum.9.q.3.cun
cta.& c.per principalem.ij.q.vj.ideo.& idem eadem ratione poſ-
ſet facere epiſcopus,ſi a ſententia archidiaconi ſui, vel alterius iu
dicis diœceſis ſuæ appellaretur ad ipſum,cum & ipſe ordinarius
ſit totius diœceſis.xj.quęſtione j.de perſona.in fi.quod dic, vt no-
tatur.ſ.de offic. ordina. paſtoralis.Alii dicunt,ꝙ hoc ſpeciale eſt
in Papa qui ſuper omnes eſt,non ſic de aliis ordinariis inferiori-
bus quibuſcunque.argumen.ſupra de elect.licet.§.fin.quod dic,
vt notatur.j.de appel.extra.cordi.§.poſt hæc.[Clericorum] quaſi
2 dicat,aliud in laicis,qui poſſunt conſentire in iudicem † nō ſuū,
etiam ſine conſenſu iudicis ſui.ff. de iudic.l. prima. & ij.ſupra de
parochia.capitu.fina.quod verum eſt quo ad temporalia, ſecus
quo ad ſpiritualia.ſ.de pœnitent.omnis.quod dic.vt notatur.ſu-
pra de deſpon.impube.c.ij.[Tanquam iudices] quia hoc metro
politanis omnibus prohibetur,niſi in caſibus,vt ſ. de offi. ordin.
extra.Romana.& de ſupplen.negligentia prælat. extra Romana.
tam



tam in textu q̃ in gl.poſſent tñ de his cognoſcere tanquam arbi
tri,ſicut & quiuis alii extranei, etiam ſi de ſpirituali ſubiectione
agatur.ſ.de teſtibus.præſentata.vel aliis ſpiritualib.ſ.de arbi.con-
tingit.vbi de hoc.ſ.de rer.permu.c.fin.[De facto] ſ. per ſe ſine li-
centia ſui epiſcopi, nam ſi cum licentia fieret, & alia neceſſaria
concurrerent,teneret cōſenſus,& iuriſdictionis prorogatio de fa
3 cto & de iure.Sunt autem † ix.quæ concurrere debent ad hoc, vt
conſenſus clerici teneat.Primum eſt,ꝙ is,in quem conſentit,ha
beat iuriſdictionem,alias contra.C.de iuriſdi.omnium iu.l.j.& l.
priuatorum.Secundum,ꝙ ordinariam,nam delegata prorogari
non poſſet.ſ.de offi.deleg.P.& G.ſicut nec de nouo dari,ſiue re-
ſtitui.ſ.de offi.delega.ſignificantibus.Tertium,ꝙ conſentiat.ff.de
iud.l.j.Quartum,ꝙ ex hoc ſequitur.ſ.ꝙ non erret accipiendo Pe
trum pro Martino.ff.de iuriſd.omn.iud.l.ſi per errorem. Quin-
tum,ꝙ libere conſentiat,non per metum.ff.de iudi.l.ij.Sextum,
ꝙ conſenſum reintegra non reuocet.ff.de iuriſd.omnium iud.ſi
conuenerit.& argu.ſ.de elec. in cauſis. Septimum,ꝙ is,in quem
conſentit,ſit perſona eccleſiaſtica.ſ.de iud.decernimus.Octauū,
ꝙ fiat cum conſenſu proprij diœceſani.in Auth.de ſanc.epiſco.
§.ęconomos.& ſeq.coll.ix.& vt cleri.apud propri.epi.§.ſi vero ec
cleſiaſticū.coll.vj.& hoc eſt,quod probatur expreſſe de his duob.
caſibus.ſ.eo.ſignificaſti.& hic.Nonum,ꝙ ſit talis cauſa, quæ ad-
mittat prorogationem talis iudicis,quod intelligas quo ad laicū
volentem in ſe iuriſdictionem alterius prorogare, quod nō pōt
facere ſuper ſpiritualibus,niſi & iudex ſpiritualis ſit.ſ.de arbi.cō-
tingit.ſ.de ordi.cogn.tuam. vel etiam quo ad cauſam feudalem.
quod dic,vt no.in Summa.de feudis.§.de qua re.ſub.§. impedit.
ver.ſed nunquid vaſallus.[Voluntate] nam ipſis nolentibus hoc
poſſet.ſ.de offi.ord.extra.Romana.¶Nec ſuffraganeorum] ſecū
dum dictum.& iunge hic compellant,quod eſt in fine huius. §.
[Suſcipere] licet igitur talib.volentib. poſſit metropolitanus cau
ſam ad ipſum delatam delegare, vt ſ.de offi.ord.extra.Romana.
§.j.non tamen poteſt inuitum compellere,vt hic,& ſ.de offi.or-
dina.paſtoralis.vbi de hoc.Nunquid ergo ſic erit fruſtratoria hu
iuſmodi delegatio? hoc eſt legem imponere verbis, & non reb.
contra illud.C.communia delega.l.3.in fi.nec intelliguntur ver
ba cum effectu,contra illud.ſ.de cleri.non reſid.relatum.Sol.nō
erit fruſtratoria,licet aliquantulum ſit moroſa, reqret enim ſuf-
fraganeum,vt ipſum compellat.arg.in Authen.de teſti.§. & quo
niam ſancimus.& C.de fide inſtru.iudices.ſ.de fideiuſſ.conſtitu-
tus.§.fi.ſ.de treu.& pa.ca.j.& 3.& ſi ſuffraganeus non acquieſcat
poterit in ipſum animi aduertere,cum eidem ſubſit immediate.
ſ.de offi.ordin.paſtoralis.& mandatum ſit iuſtum,nam & in du
bio parendum eſſet.23.q.j.quid culpatur. & idem intelligi debet
in ſequentibus caſibus.[Sententias] intelligas, vbi proceſſum eſt
libello oblato,& ordine iudiciario obſeruato. [Præcepta.] puta,
quando proceſſum eſt ſine libelli oblatione de cōſenſu partium
vel quando confeſſio facta eſt nullo libello oblato,& per hoc ex
preſſe comprobatur hic id,quod not.in Summa de libel.obla.§.
vtrum libellus.ver.& hoc verum eſt.& de confeſſ.ca.fi.[Delatis]
alias deuolutis.[Teſtimonium.]Sed contra. quia cui committi-
tur principale, & acceſſorium.ſ.de offi.delega.præterea. pruden-
tiam.§.penult.& fi.Item mandata iuriſdictione,ſiue delegata oīa
videntur delegata,ſine quibus expediri non poteſt.ſ.de offi.deleg.
præterea.& totum officium iurisdicendi tranſit.ff.de ſuſpec. tu.l.
j.§.an autem.Solu.hæc vera ſunt,ſed neceſſe eſt,ꝙ ordo ſeruetur,
vt ſ.is,qui ordinarius eſt perſonarum,primitus requiratur; qui ſi
non obedierit,puniri poterit,vt ſ.nota.& ſi infra tempus per me
tropolitanum congruum aſſignatum hoc non fecerit,elapſo ip-
ſo habebunt locum contraria ſupradicta, vt & probat dicta dec.
prudentiam.§.penult.& fina.& apparet in his,quæ plene nota.ſ.
de ſupp.neg.præla.extra.Romana.§.j.ſuper verbo,non tamen ex
culpis ipſis.[In his] ſ.tribus caſibus,ſubaudi, vel aliis,in quibus po
teſt habere locum conſuetudo.[De conſuetudine.] hoc ſemper
excipitur,quia dat iuriſdictionem, vt no.ſ.de offi.ordi. extra.Ro-
mana.§.j.ver.niſi Remen.eccleſia.[Nec etiam] tertium dictum,
& repete compellant,quod præcedit etiam in præmiſſis caſibus.
4 [Suorum] alias ipſorum.[Officiales.] Videbatur contra. † cum
enim conſiſtorium epiſcopi,& officialis,vnum, & idem ſit.j. de
appel.extra.Romana.videbatur,ꝙ vterque eadem perſona cenſe
retur,& ideo poſſet diſtringere archiepiſcoous officialem, ſicut
& epiſcopum.ſupra de offi.ordina.paſtoralis. Sed non ita eſt niſi
in his,in quibus officialis delinqueret circa cōſiſtorium dictum
ſiue officium dicti conſiſtorii,vt hic patet,& ſ.eo.§.fina. & in his
quæ notatur.ſ.de offi.vica.extra.Romana. ſuper verbo,officialē.
5 [Prælatos.] Ex hoc nota.ꝙ† perſonæ nedum archipresbyteri,ſed
etiam inferiores,puta,plebani,& rectores prælati dicuntur largo
modo,vt hic,& ſ.de offi.ordina.cum ab eccleſiarum, & præpoſi
ti poſſunt vocari.ſ.de verborum ſignificati.quamuis, ſed quo ad
hoc,vt eis cauſæ a ſede apoſtolica delegentur, non ſunt prælati,
niſi in cathedralibus eccleſiis, locum obtineant.ſupra de electi.
cū inter canonicos,vel aliis collegiatis, & honorabilibus. quod
dic,vt notatur.ſupra de reſcriptis.extra.præſenti.[Subiectos] alias
ſubditos.[Conſuetudo.] quæ & iuriſdictionem dat, & ideo exci
pitur,vt & not.ſupra proxime.¶Nec ſubiectos.] quartum dictū.
6 [Super ſalariis.] etiam in diœceſi.Rem.promiſſis.quæ† promiſ-
ſio non debet eſſe de quota parte litis.C.de poſtul. ſi qui aduoca-
torum.ſed de quanta poteſt fieri,dummodo non excedat. cent.
aureos.ff.de var.& extraordi.cog.l.j.§.licita. quorum. 72. faciunt
libram auri. C. de ſuſcep.& archariis.quotieſcunque. libro deci-
mo,licet nomine palmarii aliquid vltra ſtipulari poſſit.ff.de var.
& extraordin.cog.l.j.§.ſedet ſi nomine palmarii. Sed & ſi nihil
promiſſum ſit,ſed incertum,debet iudex hoc æſtimare pro ſciē
tia,& facundia,& labore aduocati,& cauſæ quantitate, & quali-
tate,& fori conſuetudine.ff.de vari.& extraordina.cogn.l.prima.
§.in honorariis.[Aduocatorum.] qui non ſunt admittendi,im-
mo repelli poſſunt, niſi iurent ſtatim poſt iuramentum a parti-
bus pręſtitum,quod ipſi credunt ſe iuſtam cauſam fouere,& quā
cito ſentient deſperatam diſcedent.C.de iudic.rem non nouam
ſed ſecundum Bul.quòd iuretur.l.illa cauetur.ſed in conſuetudi-
ne non habetur, quaſi innuat, quòd conſuetudo illi iuri valeat
derogare,quo nil falſius eſt, ſicut enim non vellet conſuetudo,
quominus præſtetur iuramentum de calumnia a partibus.ſ. de
iuramento calumnię.cæterum.ſic nec poteſt iubere, quominus
aduocati hoc præſtent,& ideo neutrum remitti poteſt etiam ali
qua diſſimulatione,& ſic nec tacite,nec expreſſe.C.de iuramen.
calum.l.ij.§.ſed quia veremur. immo magis compeſcendi ſunt
7 aduocati,quam etiam principales, † ſicut magis calumnioſi, &
cauilloſi.argum.C.mandati.ab Anaſtaſio.& in auth.conſtitut.q̃
ex aſcrip.& libera matre.in prin.coll.v.Eſt autem ratio, quare in
talibus non valet cōſuetudo,quia laxat,& parat pericula anima-
rum,& ideo non prodeſt,vt ſ.de conſuetudine.ca.fi.& nota.ſ.de
præben.extirpandæ.[Procurator.] quamuis officium procurato
ris & aduocati hic videantur æquiparari, tamen multum ſunt
8 † † diſcrepantia quantum ad hoc,de quo hic agitur.nam officiū
aduocati non eſt gratuitum,immo licite venditur.xj.quæſtione
tertia.non licet.14.quæſtione prima.non ſane. ſed officium pro-
curatoris gratuitum eſt.C.de procurat.litem ergo non debet ob
hoc pecunia promitti,alias locatio eſſet.ff.mand.l.i.§.fin. Intelli-
gas ergo,quod hic dicitur,quando mandatum gratis ſuſcipitur,
nec pro eo ſuſcipiendo promittitur aliquid, ſed remuneratio fit
pro labore,nec ideo minus gratum eſt.ff.manda.ſi remuneran-
di.ſed & ſumptus poterant ſtipulari.ff.de pac.ſumptus.ſic & pres
byter pauper poteſt locare operas ſuas non ſpirituale officium,
vt notatur.de hoc.ſ.de vita.& honeſta.cleric.cum ab omni. & de
ſimo.ad apoſtolicam.[Cogant] aliquo modo,niſi infra Remen
ſem diœceſi.fuerit facta promiſſio,ſed nec tūc poteſt præciſe, ni
ſi ibidem inueniantur promittentes,vt ſequitur.j.§.ſequen. ergo
occaſione horum ſalariorum non differetur negotium princi-
pale,ſed præcipiet archiepiſcopus ordinariis, vt de ipſis faciant ſa
tisfieri competenter,& ſic adducas pro concord.quam. B.ſigna-
uit.hic pro contraria. C.de iudic.properandum.§. illo proculdu-
bio.¶ Contrahentes vero.] quintum dictum. [Aliarum diœce-
ſum,] ſcilicet extraneorum,non ſuffraganeorum. Vel dic aliarū
reſpectu Remenſis,nam omnes aliæ extraneæ ſunt quo ad hoc,
de quo hic agitur,ideo ergo dicit aliarum, quia ſi eſſent de diœ-
ceſi Remenſi, & in eadem contraxiſſent,tunc tamen ratione do
micilii cogerentur.ſ.eodem c.fi.quia in inuitum redditur iuditiū
ff.de verborum obligat.inter ſtipulantem.§.j. [Super contracti-
9 bus.] ideoque facti ſunt † de foro Remenſi ratione contractus,
& accipe contractum pro omni obligatione, etiam pro geſtio-
ne tutelæ,& curæ,& omni contractu,& obligatione,excipitur ta-
men viator emens,vel vendens,cuius domicilium ſpectatur, vt
omnia hæc probantur.ff.de iudic.hæres abſens.§.j. & l.omnem.
& l.interdum.§.fi.vel etiam ſi promiſit ſe ibidem aliquis aliquid
ſoluturum.vt ff.de eo quod certo loco. l.ij. & ſupra eodē. dilecti.
[Niſi inueniantur] ergo coguntur,ſi ibi inueniuntur. [Inuitos.]
vbi eſt diſſentio.nam Azo.& Ioan.dixerunt talem eſſe remittē-
ſit ratio . Debet aũt fieri poſitio ſecundum tenorem libelli , ſiue
ſuper his,quę ad libellum pertinent,vel pertinere poſſunt quo ad
fundandam intentionem actoris ex parte ipſius, vel quo ad ter-
minandam ex parte rei.ar.iiij.q.iiii. c.j. dummodo neuter veniat
contra conſcientiam,alias ędificaret ad gehennam. s̄.de ſeru.in
ord.fa.c.vnico.s̄.de reſt.ſpo.c.literas.§.porro.ſupra,de pręſcri. qm̃
2 omne.28.q.j.§.ex his.Sed ſi quis†ponat contra ſe vel confiteatur
creditur.xxj.alias.xiiij.q.ij.c.j.ff.de inter.act.de ætate.§.ſ. Quid er-
go,ſi actor propter imperitiam,vel malitiam fecit talem poſitio
nem,ꝙ ſi eam confiteatur reus,actor ſuccumbat,nunquid noce
bit actori?Vtiq;.ar.s̄.de reſcri.ex parte decani.§.fi. Quid ſi dicat is,
3 contra quem fit†poſitio, ꝙ non tenetur reſpondere ? Reſpon. ſi
certum eſt iudici,ꝙ non facit ad cauſam,nõ debet cogere reſpõ-
dere nolentem,quia nemo ſuperflua dilatione , vel probatione,
vel reſponſione onerandus eſt.ff.de teſtib.l.j.in fi. ff. de proc.non
cogendum.§.fi.ff.vt in poſſ.leg.hęc ſtipulatio.§.j.s̄.de offi. deleg.
cum contingat.§.verum.s̄.de ele.cum Vinton.& c.bonæ.j.§.cõ-
tra.vbi plene notatur de hoc.ſi certum eſt,ꝙ facit ad cauſam,tũc
debet



debet iudex cogere.j̄.de teſti.extra.ad hæc præſentiũ. vbi de hoc.
4 Si dubitatur ,tunc eſt in arbitrio†iudicis, & ſemper in dubio tu-
tius eſt,ꝙ cogat,q̃ non.ar.hic.in fi.& ff.de inter.act. de ætate. §.ex
cauſa. & l. qui ſeruum. § in iure.& l.vbicunque. Quid ſi ad aures
iudicis venias,& exprimas intentionem tuam, quã non vis expri
mere aduerſario,ne ipſum inſtruas.arg.j̄.de fide inſtr.contingit?
Si iudex euidenter deprehendat,quod tua interſit,reſpondere co
get.ff.de inter.act.ſi ſine.§.pen.Quid ſi fiat poſitio contra poſitio-
5 nem?Hoc†cauere debet diligens aduocatus , & dicere non tenetᷣ
reſpondere clientulus meus , quia ſupra in tali poſitione poſuit ,
vel reſpondit.Contra.ar.j̄.de teſti.cum tu.fil.& de iureiur.veniẽs.
& s̄.de cohabi.cler.& mu.clericos.Item cauere debet aduocatus,
ne clientulus ſuus capiatur in poſitione implicita,vel duplici,vel
tranſpoſita,vel remota , plerunque enim aduocati cauilloſi a re-
motis incipiunt ponere,& inter multas poſitiones aliquam im-
plicitam,vel reſpicientem remotam ponunt,de qua ſimplex nõ
cauet.xxij.q.iiij. innocens . & ſic cauilloſus ab euidenter veris ad
euidenter falſa reducit innocentem aduerſarium per breues mu
tationes & ſubtiliſſima argumenta.ff.de ver.ſig.natura cauillatio
nis.ff.de reg.iur. ea eſt natura. propter hoc dicitur in iure,ꝙ de li-
centia iudicis poteſt reſpondere,& ponere pro clientulo ſimplici
aduocatus.s̄.de iu.paſtoralis.& quæſtioni iubetur adeſſe.ff.ad l.Iu
li.de adulteriis.ſi poſtulauerit.§.quæſtionem.Caueat ergo,ne cau
ſam negligat,ſed inuigilet.ar.ff.de his quæ in frau.cre. pupillus.in
fi.& s̄.de offi.primicerij.c.vnico. in fi. Quid ſi is, contra quem fit
poſitio.ad inſtantiam aduerſarij, iudice hoc non præcipiente, re
ſpondeat?Tenet reſponſio.ff.de inter.act.ſi ſine.Quid ſi præcipien
te iudice non vult reſpondere , vel obſcuram reſponſionem de-
clarare? Habeatur pro reſponſo id,quod contra ipſum faceret , ſi
reſponſum eſſet.ff.de inter.act.de ætate.§.qui tacuit.& §. nihil in-
tereſt.ff.de confeſſ.certum.ar.s̄.de iura.calum. ca.fi.§.fi. Sed nun-
quid debet reſpondere aſſerendo,vel credendo? Dic,vt no.s̄.de te
ſti.extra.ad hæc præſentium.& quæ hic circa hanc materiam de
ficiunt,ibi inuenies.& no.ſecundum dom.noſt.ꝙ qui ponit,non
ſemper dicere debet,quid ſit,ſed ſufficit dicere.ꝙ credit quod dic,
6 vt no.j̄.de teſtib.extra.ad hæc præſentiũ[Negatiuas]† Multiplex
eſt negatiua.Prima eſt iuris,& hæc probatur.ff.de prob.ab ea par
te.s̄.de ſpon.cum apud.Secunda qualitatis.& hæc probatur. s̄.de
præſump.c.fi.Tertia facti prægnans,& hæc probatur.s̄.de renun.
ſuper hoc ꝙ ſciſcitaris. Quarta facti terminata, & hæc probatur.
s̄.de teſti.ex tenore . Quinta pura , ſimplex, & indeterminata, &
hęc quandoque probatur.ff.ad l. Aquil.proinde.§. fi.& ll ſeq.& s̄.
de proba.tertio.s̄.de teſti.tam ſuper literis. §.fi. regulariter tamen
probari non poteſt,& de hac loquitur hæc decre.vt ſequitur[Ni-
ſi per confeſſionem]ideo magis ſubueniendum eſt ponenti ar.s̄.
de teſti.cog.præterea.& c.fi.s̄.de prob.c.ij.& c.ad noſtram.ff.de te-
ſti.curent.C.de reb.cred.generaliter. reſpon j.C.de hære. & mani
chę.l.pe.s̄.vt lit.non conteſt.quoniam frequenter. ideo determi-
nabamus ante hanc decretalem , ꝙ tali poſitioni reſpondendũ
erat . Alij tamen dicebant contra & aſſerebant, ꝙ nunq̃ erat re-
ſpondendum alicui poſitioni,quæ per teſtes probari non poſſet ,
ſicut not. de hoc. s̄.de elec.bonæ.j.§.contra.& in Summa de pro
ba.§.quis debet. in hoc, & in multis aliis nobis ſubueniunt iura
noua [Aduerſarij ] puta petis.x.quæ confeſſus fueram. me rece-
piſſe a te ſpe futuræ numerationis, & promiſeram tibi ſoluere
vſque ad certum terminũ iam elapsũ,producis cõtra me inſtru-
mẽtũ,cũ tamen adhuc bienniũ nõ ſit elapsũ,pone ego, ꝙ tu nõ
numeraſti mihi pecuniam , de qua continetur in inſtrumento,
hoc non poteſt probari per teſtes,ſed per cõfeſſionẽ tuã tantum,
merito ergo cogendus es reſpondere ad hoc.C.de non nu.pec.l.
fi.& Inſti.de literarum obligationib.§.fi.vel pono,ꝙ reſcriptum ,
cuius authoritate fatigas me , non fuit impetratum de ſpeciali
mandato tuo.s̄.de reſcri. nonnulli . vel cum ego & tu contenda-
mus de beneficio pono ego , ꝙ tu non fuiſti inſtitutus in eo au-
thoritate diœceſani.s̄.de cler.pereg.c.fi.& s̄.de inſti.ca.iij. Item ſi
tu contumax ſis,cum tu ſcias veritatem,& aliter hoc probare nõ
poſſum,niſi per confeſſionẽ tuã,ſuccurrẽdũ eſt mihi, vt no.s̄.de
eo qui mit.in poſ.cauſa rei ſer.extra.eũ qui.§.fi.ſed & multis aliis
modis poteſt exẽplificari[Iudices] ſiue ordinarij , ſiue delegati.s̄.
de proba.quoniam contra falſam.ſiue etiam arbitri.ar.ff.de arbi.
l.j.C.de arbi.l.pe.aſ.præterea.§.fi.[Poſſint]& debeant,dummodo
ad cauſã faciant,vnde & ſequitur,ſi æquitate &c. alias non quic-
quid iudicis poteſtati permittitur, hoc ſubiicitur de iuris neceſſi-
tate.ff.de off.præſi.ſæpe.& no.s̄.de vi.& hone.cler.quoniam vt ait
ſcriptura [Aequitate] rationabili quã ſemper iudex dẽt hr̃e præ
occulis.ff.de eo quod certo lo.ꝙ ſi Epheſi.& quæ p̃ferenda eſt ri-
7 gori.C.de iud.placuit.& vbicunque†ius deficit,eſt ſequenda.s̄.de
tranſac.c.fi.ſicut & ratio naturalis. s̄. de præben.ratio [Suadente]
hoc ſuadet ęquitas naturalis,ex quo conſtat iudici,ꝙ ad cauſã fa
cit,vel facere poteſt,nec aliter probari poteſt,vt j̄.quia hæc eſt hu
manior ſententia , in quam hæc.ſ.æquitas declinare debet . s̄. de
tranſ.c.fi.& ſumitur hic ca.ex mente.legis.ff.de inter.act. vbicun-
que[Expedire]vt no.s̄.e.in gl.proxime pręceden.

¶De teſtibus & atteſtationibus. Rub.

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtis alius eſſe debet,& alius pars.*
2 *Procurator appellantis pro appellato,& econtra,an poßit eſſe teſtis.*
3 *Procurator ad negotia,an poßit eſſe teſtis pro domino conſtituente.*
4 *Iudex an poßit eſſe teſtis in cauſa appellationis.*
5 *Præſumptio multiplex eſt.*

CAP. III.

ROmana. [Procurator] Vel aduocatus
prioris iudicij in teſtem cãæ
appellationis non recipitur , nec indiſtincte
appellanti iuramẽtũ defertur , immo perſo-
narũ , & cãæ qualitas in hoc cõſideratur [In
appellationis]multominus in principali , qa
1 †alius dẽt eẽ teſtis,alius pars.s̄.de verb.ſignifi.
forus.§.in omni.nec officio duplici tam diuerſo,etiã ſuſpecto ali
quis fungi dẽt.ar.s̄.de cler.coniug.diuerſis.ff.ad Treb.ille a quo.§.
tẽpeſtiuũ.C.de offi.aſſeſſ.nemo[Appellantis]& ab appellante p̱-
ductus,ſubaudi,vel appellati,& ab appellatio productus,ergo a ꝯ-
2 trario ſi appellans procuratorem†appellati, vel appellatus procu
ratorem appellantis producat in teſtem,admitti dẽt,qa hoc non
prohibetur,ſed potius a cõtrario ꝓceditur hic,& edictum hoc p̱-
hibitorium eſt.ff.e.l.j.& quia hoc in fauorẽ alterutrius introdu-
citur,cũ alteruter poteſt renuntiare, ſicut & iuramentũ remitte-
re.s̄.e.tuis.& teſtimonio ẽt principalis,ſi elegerit ſtare.C.de fidei-
com.l.fi.Quid ergo ſi appellatus procuratorẽ appellantis produ
cit pro ſe,nunquid poteſt deſiderare tunc appellans , ꝙ & pro ſe
recipiatur? Vtique.s̄.e.de teſtib.iiij.q.iij.ver.item ſi quis teſtib.[Pro-
curator,vel aduocatus]Et eſt ratio de vtroque, quia vtrique obli-
gatur domino,de dolo,& negligentia.C.mandati.l.in re manda
ta.C.de adm.tu.non eſt ignotum . vnde & aduocatus fidẽ ſuſce-
ptã adhibere dẽt.ff.de var.& extraor.cog.l.j.§.in honorariis.verſi.
Iulius materius . & quia vterque ipſorum reputat ſe vitupera-
tũ,ſi amittat,& honoratũ ſi lucretur cauſã,& ideo tanquã ſuſpe
cti repelluntur.s̄.e.in literis.& ſumitur hoc ex eo,quod le.& not.
iiij.q.iii.ver.lr̃e teſtes quos accuſatur de domo, vbi nec prohibetᷣ ,
3 niſi aduocatus & executor.i.p̱curator.Quid de p̱curatore†ad ne-
gotia?Dicas ꝙ in negotio,qđ procurauit de ꝯſenſu partiũ,põt ad-
mitti,ſicut & iſte,& ſicut mediator in auth.co.§.& quoniam.col
la.vii.& de inſtru.cau §.ſi vero.coll.vi.in aliis autẽ negotiis admit
4 titur,cum nec prohibeatur.ff.e.l.j.Quid de†iudice? Idem dicunt
multi indiſtincte,nam & eadẽ videtur ratio.ar.Inſti. de obli. quæ
ex quaſi male.reſpon.j.& ſic intelligunt.ii.q.vi.ſtatuendum . Tu
dic,ꝙ vni ſoli non creditur,vt ibi,vel non creditur niſi in ſequen-
tib. vel non creditur durante iudicio coram ipſo , vel in cri-
minalibus,alias corrigitur in parte illa,ſicut & in alia , quia dicit
clericum non producendum in teſtem.quod falſum eſt.vt xiiii.
q.ii.q̃q̃.& c.ſuper prudentia.alioquin ſi plures ſunt,& de proceſſu
etiam quæratur per ipſos,fit probatio in his,quæ per alios proba-
ri non poſſunt,vt s̄.de exceſſ.pręla.inter dilectos. §. pręterea. & s̄.
de accu.cum dilecti.§.ſi vero.& §.fin.& ar.s̄.de elect. cum dilecti
§.j.& ii.s̄.de arb.non ſine.& etiã ſuper principali quando ante li-
tẽ conteſt.patitur mutari propter defectum probationis.s̄.eo. di-
lecto.& etiam in aliis cauſis etiam in diff. admittuntur iudices ,
ſiue magiſtratus.ff.eo.ob carmen:& ideo caute ſubticuit hæc lite
ra de ipſo iudice,quem quo ad prædicta videtur tacite excepiſſe.
[Non recipiatur]videbatur contra,quia procurator non tenetur
proſequi cauſam appellationis. s̄.de procura. non iniuſte.in fin.
¶Neque indiſtincte]ii.pars[Ipſi appellanti]quod aliqui dicebãt :
5 ſed corriguntur hic[Præſumptione]quæ†multiplex eſt,vt no. in
Summa de præſump.c.ij.§.j.vel id eſt ſemiplena probatione, pu-
ta,quia vnum tantum teſtẽ hẽt.ff.quemadmodum teſt.ape.l.j.in
fi.ff.de dote prelega.Theopompus.s̄.de procur.ex inſinuatione .
xxiiij.q.iii.ſi habes.¶Sed tunc]iij.pars[Perſonarum] & ſecundũ
hoc aliquando appellanti,aliquando appellato deferri poterit,vt
& probatur.s̄.de tranſac.c.fi.§.fi.s̄.de ver.ſig.cum in partibus.& j̄.
de iureiur.c.fi.vbi de hoc plene no. [Faciendum] quia nec ſem-
per hoc faciendum eſt,vt patet in his,quæ no. s̄.de eo qui mit.in
poſſ.extra.eum qui.ſuper ver.terminare.

*SVMMARIVM.*

1 *Quotidiana,& praticatoria non ſunt contemnenda.*
2 *Titulus quando eſt authenticus,quandoque facit ius.*
3 *Omnia ad vnguem curari non poſſunt.*
4 *Perfectum aliquid in rebus humanis non eſt.*
5 *Iudex delegatus debet formam reſcripti apponere in citatorio.*

CAP. II.

AD hoc. Alias incipit præſentium.ius Gregoria
num ſuum facit per approbationem,
exprimit partes,& diuerſorum articulorum quæſtio
nem, formæ iuramenti præſtationem , & congruã
poſitionem,

poſitionem, ſeu reſponſionem ſigillatim faciendam, poſitionũ
interrogationem,& reſponſionem,& ſindici ſimplicem inquiſi
tionem,teſtium terminatam reprobationem, & reprobantium
examinationem,& criminum obiectorũ ſpecificationẽ, repro-
bantium reprobationem,& ſimilem examinationem, & de ma-
litia ſacramenti exactionem[Gregorij]ar.ɔ̃ quoſdã qui aliena di
cta tanquam ſua recitant,nomen authoris veri ſupprimentes, q
fures ſunt gloſſularum,contra quos,cum deprehendantur cum
re furtiua,in quadruplum quodammodo agi poſſet, niſi quia iã
ipſam,de quo deſtinauerant,pertulerunt.ff.de fur.l.iij.ſed plerun-
que ſunt non ſoluendo:& ideo eis parcere oportet.s̃.de ſol.Odo-
ardus.ad idem.s̃.de ſent.excõ.ꝙ in dubiis.& c.ſeq.& s̃.de ſimo.li-
cet Heli.[Quædam inuenimus]quotidiana & practicatoria,& iõ
1 ipſa recolligimus,quia non ſunt†talia ɔtẽnenda. ff.de liberat.leg.
legaui.reſpon.j.ff.de vſuca.iuſto errore.reſpon.i.ff.de fun.inſtr.leg.
quæſitum.§.ſed & ſi fundus[Declarata]ſic.s̃.de cõſt.c.fi.s̃.de feu-
dis.c.j.[Transmittimus] vt ipſa vtamini tã in iudiciis, q̃ in ſcho-
lis.s̃.in proœmio.in fi.[Sub titulo]ſub quo poteſt cõmode collo-
cari,& hoc obſeruandũ eſt.C.de no.co.fac.l.vnica.circa mediũ.
2 & eſt ar.†ꝙ titulus eſt authenticus,& quandoque facit ius. quod
dic,vt no.s̃.vt benefi.eccl.in ipſa rubr.ſed & hoc no.ꝙ ſub titulo
de confeſſis poſſet commode collocari,& ẽt ſub titulo de iureiu.
cum tangat materiam vtriuſque, ſed non eſt vis, ex quo plures
tangit,vtrum ſub hoc,vel alio titulo collocetur,& ideo ad euitã-
dam quorundam mordentium redargutionem compilator ex
certa ſcientia eandem decreta. ſub diuerſis titulis collocauit, vt
patet.s̃.de appel.ſignificantib.& s̃.de libel.obla.ſignificantibus. &
aliam paucis verbis mutatis,ne & nimiam ſimilitudinem repre
hendas.s̃.de cler.coniug.ex parte.& de priuilegiis.ex parte.qa nec
3 poſſunt†omnia curari ad vnguem, nec ẽt aliquod ius ſufficiens
4 promulgari.in Auth.quib.mo.na.effi.leg.coll.vj.in prin.†nec in
rebus humanis aliquid eſt perfectum.C.de ve.iu.enu.l.ij.§.ſed qa
diuinę.& omnium habere memoriam &c.vt.e.l.§. ſi quis aũt in
tanta [Annectandam ſub noſtro nomine] nam ipſam epiſtolã
noſtram fecimus approbando.C.de ve.iu.enu.l.j.§.omnib.autho
5 ribus[Quæ talis] ar. ꝙ†iudex delegatus debet formã reſcripti ap-
ponere in citatorio,vt hic,& s̃.de dila.præterea. vbi de hoc[Gre-
go.ix.Rothomagen.archiepiſcopo]Caueat igitur ſcriptor, ꝙ nõ
ſcribat ei in plurali,nec ponat Papam in ſingulari. s̃. de crimine
fal.quam graui.Sed contra.s̃.de teſta.filius.dic,vt ibi notatur.

*S V M M A R I V M.*

1 *Papæ authoritas reuerenda eſt.*
2 *Subſtantialia iudicij,quæ ſunt.*
3 *Abbas & conuentus eccleſiam faciunt,non parietes.*
4 *Clauſula generalis quandoque omnia comprehendit.*
5 *Res collegij,ſingulorum non eſt.*
6 *Conuentus non habet animam.*
7 *Iurare non cogitur qui ſemel iurauit.*
8 *Iuramentum veritatis cum eſt loco calumniæ eſt præſtãdum immediate poſt litem conteſta.*
9 *Examinationi factæ in curia Ro.nihil opponi poteſt.*
10 *Iuramentum de veritate, & iuramentum de calumnia differunt.*
11 *Iuramento in omni vitandum eſt ne quis dicat contra conſcientiam.*
12 *Reſponſio quæ debet fieri poſitionibus a conuentu illa dicitur bona quæ ſit a maiori parte.*
13 *Prælati ſcientia ſi ſit contraria reſponſioni conuentus quomodo eſt reſpondendum a prælato.*
14 *Prælati reſponſio ſi eſt contraria,an derogabit reſponſioni conuentus.*
15 *Iudex ſi viderit conuentum diſcrepare in reſponſione poſitionum quid debet agere.*
16 *Poſitio ſi in vno ſit falſa,an poteſt in totum negari.*
17 *Poſitio debet eſſe certa, & reſponſio etiam certa, & clara, & dilucida.nu.18*
19 *Scientia maior eſt,quam credulitas.*
20 *Articulus multis modis appellatur, & quid continere debeat.*
21 *Articuli quomodo ſunt producendi, & quomodo ſe quis obligari debeat ad eos probandos.*
22 *Teſtes non iurati non probant etiam ſi ſint fratres minores.*
23 *Teſtium receptio regulariter non valet,niſi lite conteſtata.*
24 *Teſtium nomina ſunt ſcribenda,ne ſit locus variationi.*
25 *Teſtes nominatos an liceat tranſponere.*
26 *Interrogatoria quomodo formantur, & quomodo recipienda.nu.27*
28 *Iudices debent audire examen in perſona propria, cum ſit tota vis cauſæ in probationibus.*
29 *Teſtium crimina ſunt ſpecialiter obijcienda.*
30 *Interrogatoria impertinentia, & cauilloſa ſunt reſecanda.*

CAP. III.

## PRęſentium tibi authoritate.

1 Quæ†reuerenda eſt.s̃.de reſcr.ſi qñ.s̃.de offi.dele. cũ
olim magiſter.xxij.di.c.j.xix.di.in memoriam[Abba
tem] agentem.de quo dic, vt no.s̃.de reſcr.edoceri [Priorem de-
fendentem]ſe.[Ex altera]coram nobis[Superco]ver.Sic ergo tã
2 git quatuor†ſubſtantialia iudicij,ſcilicet iudicem, actorem, reũ,
& cauſam,ſuper qua litigatur, quorum vno deficiente non põt
eſſe iudicium.s̃.de verb.ſig.forus.§.in omni.& rñ.j. ver. conſtat.
& §.ſeq.& ideo ſi in talibus erretur, reſcriptũ nullum eſt.vt not.
s̃.de reſcr.ſuper literis.& in Summa ipſius ti. §.quæ poſſunt obii-
ci.ſub.§.hic autem[Idem abbas]ſancti Nicolai[Priore & ɔuẽtu]
contra quos litigauerãt,& teſtes produxerant in curia, igitur exa
minato negotio hæc pars ɔ̃ teſtes productos ex parte altera vo-
luit teſtes producere,& vtraq; pars petijt poſitionib.ſuis plenius ꝑ
illos,qui principales erant,& melius veritatem nouerant,rñderi.
& ideo ſuper his ſcribitur,vt ſequitur ſm d.n.& no.ꝙ dicit,ꝙ ab-
bas,& ɔuentus agebãt ɔ̃ priorẽ & ɔuẽtũ, ſed hoc dẽt fieri noĩe ec
cleſiarũ,ẽt a ꝓcuratorib.hincinde conſtitutis. s̃.de elec. querelã.
s̃.de fi.inſtr.inter dilectos.ſed ex quo fit mentio de ɔuentib.idem
vr̃,vt hic,& ſic apparet,ꝙ noĩe eccleſiæ agitur,†nã Abbas & con-
uentus eccleſiam faciunt,non parietes.ar.vij.q.j.ſcire.Inſti.de iu-
re na.§.plebs.ff.de ver.ſig.familiæ.s̃.de ɔceſſ.præb.poſt electionẽ.
& q̃uis miniſtri dñi non ſint,ſed procuratores.s̃.de don.c.ij.xij.q.
j.ſi priuatum.tñ vtilitas ſua eſt,& ſic propria cã eſt. ii. q. vj.biduũ.
ver.in propria.ſm d.n.hoc nõ placet vt s̃.de præben.rõ.s̃.de teſta.
c.j.& iij.[Poſſeſſione]melius dixiſſet quaſi poſſeſſione. s̃.de foro
ɔpe.ɔqueſtus.& de cã poſſ.& proprie.c.cũ eccleſia.quod dic,vt ibi
no.& s̃.de ele.querelam [Subiectionis] No.ꝙ licet agatur de poſ-
ſeſſione ſpiritualiam,non tñ iuratur de calũnia,ſed de veritate,ſi-
cut fit qñ & de proprietate agitur.s̃.de iura.cal.literas. ſm d.n.&
quæ ſit ratio in talibus.no.in Summa de iura. calum. §.& in qb.
ver.ſed quæ eſt rõ[Prioratus]de ſpalding. [Spoliatos] per ſubtra-
ctionem.s̃.de tranſ.præterea.ij.s̃.de ele.quærelã. & eſt hic primus
articulus qõnis[Et ſuper irritanda] ver. & eſt ſecundus articulus
qõnis,ſic.s̃.de offi.dele.ſuper qõnum.s̃.de fi. inſtr.cum Ioannes.
[Compoſitione]ſuper ſpiritualib.ſm d.n.hoc ideo ſupplet, vt &
ſcias,ꝙ de veritate,& non de calũnia eſt iurandũ,vt s̃.no. [Inita]
amicabiliter.alioquin,ſi eſſet tranſactio,non valeret.s̃. de trãſac.
ſuper eo.& no.s̃. de præben. niſi eſſent: inter partes ergo non fuit
realis,niſi authoritas iudicis interueniſſet.s̃.de tranſ. de cætero. &
c.veniens[Et rebus aliis]ver.de hac cła dic,vt no.s̃.de reſcr.ſedes.
4 & extra.cum in multis.& no.†ꝙ hæc clauſula generalis qñq; oĩa
ɔprehendit,ex quo præmittitur ſpecialis ſpecificatio. quod dic,vt
no.s̃.de commodato.c.vnico[Ab eiſdem] ver. [Abbate & prio-
re]perſonaliter. qui tanq̃ honeſtiores ob cãs vehementiores re-
quirendi ſunt.C.de procur.l.fi.ff.de procu.actor.s̃.de iur. cal.in ꝑ-
tractandis.vbi de hoc.No.aũt hic.d.n.quãdã ſubtilitatẽ, quæ non
tñ placet,& dicas,ꝙ ſi Abbas agit,non erit teſtis,ſed ſi aliũ ꝓcura
torem ɔſtituit,poterit eſſe teſtis tanq̃ priuata perſona,ſicut qlibet
de collegio.s̃.de iur.calum.c.fi.s̃.de iureiur.& ſi Chriſtus.§.fi.s̃.e.
inſuper.& c.cum nũtius.& c.tuis.& eſt rõ,qa ꝓcurator ſuus prin
cipalis factus eſt litem conteſtando.ff.de procu.neque.& l.nulla
dubitatio. anteq̃ teſtes non producuntur regulariter. s̃.vt lit.non
conteſt. quoniam. ergo in hoc caſu ipſe remanet priuata perſo-
na,& ideo non iurat de calumnia:ſed procurator tanquam prin
cipalis.s̃.de iur.calum.c.j.& pen.& fi.quod non eſt in procurato-
re priuati.C.de iur.cal.auth.principales.Sed quid ſi procurator re
uocet ex cã poſt lit.ɔteſt.quod fieri poteſt.ff.de procu.poſt litem?
Reſpon. Bene poterit prælatus in perſonã ꝓpriam proſequi, ſed
poſtea non poterit eſſe teſtis.s̃.e.extra. Romana. & ſi iam fuit te-
ſtis nõ poterit eſſe pars eadem rõne, immo neceſſe habebit aliũ
procuratorẽ ɔſtituere.ar.ff.de procu. in cæ.ergo eligat aliũ, cui
dicat, quid magis expediat eccleſiæ ſuæ. hic aũt Abbas in ꝓpria
perſona litẽ non fuit conteſtatus nec requiritur ſicut teſtis,ſed ſi-
cut perſona honeſta, vt dictum eſt, nec ẽt tanq̃ pars, ſiue caput
partis,ad quod ꝑtinet ex officio & agere,& defendere. s̃. de reſcr.
edoceri.licet aũt prælatus ſit caput,& conuentus, ſiue capitulum
mẽbra vnius corporis.s̃.de his quæ fiunt a præla. quanto.& c.no-
5 uit:tamen ſicut res†collegij,non eſt ſingulorum.xij.q.ii.qui ma-
numittitur,ſic nec res eccleſiæ prælati ſunt.s̃.de dona.c.ii.s̃.de prę
ben.rõ.& ſicut licet ſingulis de ɔuentu teſtificari, ſic & prælato,
dummodo in iudicio pars non ſit.ar.s̃.de præſcr. cum non liceat
[Nomine ſuo] quia de conuentu ſunt, & ideo iurant nomine
ſuo,& inter reſpondentes facient numerum, nec præiudicabit
ɔuentui reſponſio Abbatis ſi totus conuentus,vel maior pars cõ
trarium credat,ſiue neſciat.arg.s̃.de his quę fiunt a maio. par.ca.
c.j.ſecus ſi tanquam pars egiſſet in diuiſis a conuentu.nã hæc,de
quib.hic agitur,ſunt proculdubio indiuiſa.s̃.de reſcr.edoceri [In
animas]quia non facit hoc tanq̃ procurator,vel pars,vt dictũ eſt,
ſed tanq̃ nũtius conuentus,quorũ eſt tm̃,ſed et iuramentũ de ve
ritate non in animã procuratoris,ſed domini eſt præſtandũ. ſic.
lxiij.di.tibi dño.c.diſt.optatum.xvij.q.iiij. metuentes. & põt fieri
iurm̃ his verbis.Ego iuro in animas conuentus.i.ſingulorũ de ɔ-
6 uentu.nam†conuentus non habet animam,vt no. j̃.de ſent.exc.
extra.Romana.§.pe.ſiue in animam talis domini mei,ꝙ dicam
veritatem,vel ipſe iurat per me, ꝙ per me ipſum reſpondebit ve
ritatem.ar.s̃.de pręben.acceden.& hoc quotidianum eſt in curia.
Sed



Sed caueat dominus,cum animam ſuam committit, quia non
eſt ludus in huiuſmodi.Sed nunquid procurator conſtitutus a ɔ-
uentu poteſt iurare in animas ſingulorum? Non, ſi vim tantum
& proprietatem verbi attendamus.ar.xij.q.ij.qui manumittitur,
ſed de mente aliud eſt, vt hic patet,cui ſtandum eſt. s̃. de ver.ſig.
in his.Vel refert,vtrum dicatur in procuratorio in animam con
uentus,& tunc non poteſt,cum nec cõuentus animam habeat,
vt dictum eſt,vel in animas conuentus,& tunc nõ poteſt,vt hic,
exprimendo.n.plurale,potius videtur conſideraſſe ſingulos,q̃ cõ-
uentum,vt expoſui.j̃.Sed vt vites omnem obiectionem,tutũ eſt,
ꝙ in procuratorio hoc ſpecificetur .ſ. ꝙ procurator iurare poſſit
in animas ſingulorum de conuentu, & exprimantur nomina ꝑ-
ſentiũ in hoc conuenientiũ,nam ad abſentes & ignorantes hoc
extendi non poteſt,vt patet in eo,quod le.& no.s̃.de procu.c.j.&
s̃.de his quæ fi a præla.quanto.§.abſentiũ.Quid ſi pars requirat,ꝙ
dominus,qui ſic iurauit per nuntiũ requiratur ſuper negatis? Pla
7 nũ eſt,ꝙ non cogetur iterum iurare,† cũ ſemel iurauerit. s̃.de te-
ſti.co præterea.& ar.s̃.de ele.ſignificaſti.& C. de iur. cal.auth.hoc
ſacramentum:puto tamen,ꝙ cogetur ex cauſa reſpondere,& ẽt
ſi audit reſponſiones factas per nuntiũ,& sũt cõtra ſuam conſciẽ
tiam,cito debet contradicere,& ipſas corrigere,ne videatur periu
rio conſentire.ar.s̃.de offi.deleg.cum olim abbas.§.penult.& fin.
& iuramentũ de calũnia etiam in animam ſindici,vel procura-
toris præſtatur.s̃.de iur.cal.in pertractandis.& c.pen. & fi.& C.dę
iura.calum.l.ij.§.hoc etiam.ideoq; iuratur hic in animas cõuẽ-
tuũ,& non ſindicorũ,qa ſic fieri debet,ex quo iuratur de veritate,
& tanq̃ nuntius iurat Abbas & prior. ff. de iureiur.iuſiurandum
quod ex conuentione ad fi.ſed & ipſum præſtant legitimi admi
niſtratores,vbi principalis perſona inhabilis eſt,vt in e.l.[Conuẽ
tuũ]Mirabilis eſt hæc litera,nam conuentus non habet animã,
neque vniuerſitas,& ideo videtur, ꝙ ſindicus hoc iuramentũ dẽt
præbere.Sed expone in animas conuentus.i. ſingulorũ de conuẽ
tu ſimul collegiatorũ, quos videtur potius conſideraſſe, quando
in plurali dixit animas.q̃ corpus collegij,ſeu conuentus. qđ dic,
vt no.in præced.gl.& eſt hoc ius nouũ,& æquũ,& rationabile,qa
olim contrariũ ſeruabatur, & ideo multa mala committebant.
[Vel maioris]ſic.s̃.de his quæ fi.a ma.par.ca.c.j.C.de iura.calum.
l.ij.§.hoc etiam nihilominus[Ipſorum]ibidem reſidentiũ.x.q.ii.
hoc ius.ſm d.n.immo ipſorũ ſimul vocatorũ. s̃.de ele.quia pro-
pter.ſi commode fieri poteſt,ſed ſi diſcrepant in reſponſionibus,
ſtabitur dicto maioris,& ſanioris partis qa hoc regulare eſt. s̃. de
elec.coram.& in aliis iuribus ſupra inductis[De veritate]hoc iu-
8 ramentũ†cum loco iuramenti de calũnia ſuccedat, præſtandũ
eſſet immediate poſt li.cont.quia illo tempore pręſtatur iuramẽ
tũ de calũnia.C.de iur calũ.l.ii.& ſic id, quod ſuccedit, & in tem-
pore,& in aliis quantum poſſibile eſt,ſuccedere debet.ar.ff.de pe
ti.hær.item veniũt.§.cũ autem prædiximus. ff. ſi quis cau.ſi eũ.§.
qui iniuriarũ.& s̃.de voto.magnæ.§.cũ igitur.s̃.vt lit.pen.eccleſia.
j.& ii.poteſt tamen etiam poſtea ex officio iudicis exigi quando-
cũque.ar. s̃.de iura.cal.cæterũ.s̃.de iureiu.ex literis[Transmiſſis]
9 quib.nihil†opponi poteſt,cũ examinatæ ſint in curia noſtra. ar.
C.de teſta.omniũ.xxxv.q.ix.apoſtolicæ.xxiiij. q. j. a recta. & hoc
10 eſt,quod hic ſequitur [Sciunt] alias norunt.& hæc eſt prima†dif
ferentia,quæ poteſt notari inter iuramentum de veritate,de quo
hic loquitur,& iuramentũ de calũnia quoad reſponſionem, qa
†in iuramento de calum.reſpondetur de credulitate.in Auth.de
his qui ingre.ad ap.§.penult.& fi. coll.v.ſed in hoc debet reſpon-
deri de ſcientia,vt hic.Ideoque ſecunda differentia poteſt notari,
nam in primo non impetrabit dilationem cũ poſſit ſtatim dice
re ſine calũnia,credo,vel non credo, dummodo non dicat con-
tra conſcientiam,ſed in hoc caſu impetrabit.ff.de interrog. act. q
interrogatur.Tertia differentia poteſt notari,quia ſufficit in iura
mento de veritate,ꝙ dicat,neſcio.Sed in alio non ſufficit,& ſm
hoc plus poteſt homo cauillare in ſpiritualib. q̃ in temporalib.
quod admodũ eſt abſurdũ.s̃.de iud.dilecti.Quarta eſt differentia,
quia iuramentũ de calũnia non præſtatur in ſpiritualib. ſed de
veritate præſtatur.s̃.de iur.cal.literas.Quinta differentia eſt, quia
iuramentũ de calũnia plures articulos continet,in ſe.vt patet. C.
de iura.cal.l.ii.& in Auth.vt litigan.iurent.colla.ix.ſed de veritate
vnum tantũ,quod vox ſonat.ff.iud.ſol.l.iudicatum.Sexta eſt dif-
ferentia,quia de calũnia non præſtatur per procuratorem,ſed de
veritate præſtatur.vt no.s̃.eo.ſuper verbo,in animas. Septima,qa
qui reſpondit de calũnia,iterum cogitur reſpondere,ſi allegetur,
ꝙ melius nouerit veritatem,licet ſi bene vellet ſeruare mentem,
per ſeipſum corrigere,quãcito aliam conſcientiam haberet,vt ff.
de dam.inf qui bona.§.ſi quis ſtipulaturus.ſi tamen correctio fa-
ceret contra ſe.xiiii.q.ii.§.j.alias non liceret niſi probato errore.
s̃.de confeſſ.c.fi.Sed in iuramento de veritate non cogetur,vt pa
tet in his,quæ notantur.s̃.de confeſſ.extra.ſtatuimus.verſi.quid ſi
fiat poſitio contra poſitionem. Tamẽ quicquid dicatur,etiam is,
qui iurat de veritate,debet reſpondere de credulitate, vt hic addi-
dit in gloſſa ſua dominus noſter,& bene,vt probatur ſubtiliter. s̃.
de ſententia & re iudica.cum olim.§.j.in fi.nam ſicut no. in Sũ-
ma de iuramen.calum.§.quando.ver.ſed quid refert. Veritate in-
ſpecta iuramentum de veritate eſt de credulitate,quia ſi id, quod
non credo,confiteor,& aſſero verum eſſe, cum non ſit:vel econ
uerſo deiero,vt patet.xxii.q.ii.homines.s̃.de iureiuran. & ſi Chri-
ſtus.s̃.de ele.ſignificaſti.xxiii.diſt. pſalmiſta.In omni ergo caſu &
11 in omni iuramento vitandum,ne quis dicat contra conſcientiã.
s̃.de ſcrutinio in ord.fac.ca.vnico.& ſi illam homo ſequatur,ſuf-
ficit.iii.q.ix.hortamur.& hoc patet.j̃.§.ſeq.verſi.ſiue iuramento.
Nec obeſt,quod hic dicit,ſciunt, nam & illud dicimur ſcire, qđ
ab aliis audiuimus.s̃.de reſcr.cum contingat.reſpon.j.verſi. ſuper
quo.& §.j.xxii.q.v.hoc videtur. & cap.iuramenti. vnde & ſequit
& per illos &c.Ergo quicquid alij ſcribant, has pernitioſas ſubtili
tates merito recuſabit iudex,maxime innocens.ff. quib. mo.pig.
vel hip.tacite contrahitur:ſicut de corporali §.ſi debitori[Et per
illos]ſcilicet conuentus[Intelligent]abbas & prior[In quorum]
ſcilicet omnium ſimul vocatorum, & ibi examinabuntur poſi-
12 tiones ſigillatim,& ſi omnes concordent in eadem†reſpõſione,
bene erit,quia illa reſponſio fiet,ſi diſcrepant,ſtabitur dicto maio
ris & ſanioris partis,quod per iudicem,cui committitur,puto de
terminandum eſſe.arg.s̃.de officio delega.præterea. & ca.de cau-
ſis.ff.de teſti.l.iij.s̃.de fideiuſſ.conſtitutus.ad ſi.Quid ſi ſcientia prę
13 lati eſt contraria†reſponſioni conuentus? Dicat ex parte conuen
tus,ſic reſpondeo,ſed nomine meo aliter dico, nec enim celare
debet ſuam conſcientiam,ex quo iurauit,vt patet in his,quę no.
14 s̃.ſuper verbo,ſciunt.ver.tamen quicquid.Sed nunquid†reſpõſio
ſua derogabit reſponſioni conuentus? Non, quia non facit,hoc
tanquam prælatus,vt notatur.s̃.ſuper verbo, abbate & priore.Si
enim tãquam prælatus eſſet in iudicio,aliud eſſet,vt patet in his,
quæ nota.s̃.de poſtula.præla.bonæ.ii.§.j.& s̃.de conceſſ. præb.po-
ſtulaſti.quãuis dominus noſter hic contrarium videatur notaſ-
ſe.Quid ſi non iurauit nomine ſuo,ſed conuentus tantum? Tũc
non habet neceſſe ſcientiam ſuam exprimere, quia nec de ipſa
iurauit.s̃.de teſtib.debet tamen in communi informare conuẽ-
tum ad reſpondendũ ſecundũ ſcientiã,quã habet,& idẽ intelligo
de quolibet,qui veritatem ſciat,& videt conuentum, vel aliũ de-
ierare paratum.arg.xxii.q.v.hoc videtur.s̃.de ſentẽtia excommu-
nica inquiſitioni.lxxxiij.diſt.error.s̃.de homici.ſicut dignum.cũ
15 ſuis ſimilibus.Sed & conſulo†iudici ꝙ ſi videt,vel ſentit ipſos di-
ſcrepare,vocet ipſos coram ſe,& informet conuentum ex reſpõ
ſionibus ſeniorum,& honeſtorum,& illorum,per quorum ma-
nus id,de quo quæritur,geſtum fuit.ar s̃.qui matri. accu. poſſ. vi-
detur.s̃.eo.veniens.ii.in fi.& ca.in noſtra præſentia.& c.præterea.
s̃.de probationibus.in præſentia.§.ex præmiſſis.ff.qui teſta.fa.poſ.
Domitius.ff.ad munici.municeps.C. de iura. cal. l.ii.§. hoc ẽt.ad
fi.Si fatui & iuuenes nolunt ei conſentire, ſcribat dictum vtro-
rumq;,& quid ſcripſerit & quid ſentit reſcribat.s̃.de fideiuſſ.con-
ſtitutus.in fi.¶[Præterea]alias poſtea.& eſt ſecunda pars:ſed prior
litera præualet,quaſi dicat prius diximus, ꝙ reſpondendũ eſt po-
ſitionibus, adhuc tamen volumus inſtruere iudicem ſuper mo-
do reſpondendi,& hoc eſt,quod ſequitur [Sigillatim] æquũ ius,
& cautũ; plerunq; enim poſitio longa plura membra continet
16 copulata,in quo caſu pro vno†falſo,quod ibi eſſet,cauilloſi aduo
cati totum negabunt,& ſecundum ſubtilitatem iuris hoc facere
poterunt,ſecus ſi diſiunctio hoc contineret.ff.de rebus dub.ſi is q
ducenta.§ vtrum.ſed nec ſub diſiunctione recipi debent, qa qui
17 †ponit,debet certum ponere,ſicut & is,contra quẽ fit poſitio,de
bet certum reſpondere.ff.de confeſſ.certum.& diſtincta incerti-
tudinem notat.ff.de ver.ob.vbi autem.§.qui id.ff.de iniur.prætor
edixit.§.ꝙ autem prętor.contra hoc ergo priuilegium eſt, ꝙ ad
omnes articulos in poſitione contentos ſigillatim debeat reſpon
deri,& forſan in cauſa,quã habuimus cũ hoſpitalariis,cauſam de-
18 dimus huic edicto[Sufficienter] i.clare.&†dilucide,vt notatur.s̃.
de confeſſ.extra.ſtatuimus.ver.quid ſi pręcipiente iudice,& ꝙ re-
ſpondeatur non ſolum de ſcientia, ſed etiam de credulitate, vt
no.s̃.[Nulla]ver.[Contradictione]Et eſt rõ.vt no.s̃.ſuper verbo,
transmiſſis[Sine iuramẽto autem]ver.de veritate:quia illud nõ
præſtant,vel de calũnia, quia nec illud in hac cauſa præſtatur,vt
no.s̃.ſuper verbo, ſubiectionis[Quid ſciat] ſi certus ſit[ Vel cre-
dat]ſi certus non ſit,ergo non ſufficit reſpondere,neſcio,vt no.s̃.
eo.ſuper verbo,ſciunt.ver.tertia.& verſi.fi.Sed quid ſi titubat? Suf
ficit,ſi dicat,dubito ff.de pet.hære.ſi debitor. ſed & poſſet in caſu
ſufficere, ſi dicat,neſcio, vt ſi quęratur de Titio, vtrum mortuus
ſit,nec pendet magis cõſcientia ex parte vna.q̃ ex altera,& vtrũq;
poſſet eſſe verum,in quo caſu ſufficit, & poteſt reſpondere, non
credo ipſum viuere, nec propter hoc ſequitur, ꝙ credat ipſum
mortuũ eſſe,quia titubat.nec credit hoc,neque illud, ideo dabit
ei tempus,vt deliberet.ff.de iureiur.iuſiurandum.reſpon.primo.
ſecundum dominum noſtrum. Sed pro certo ſi conſcientiam
ſanam ſequatur,vix,aut nunquam occurrere poterit talis caſus,
ſed quod vix fit,tamẽ fit.ff.de iudi.vix.s̃.de probationibus.in præ-
ſentia.§.q̃q̃. & licet de talibus non ſit multum curandum. ff. de
lega.nam ad ea:tamen nec eſt omnino contemnendum. s̃.de
ſeruis non ord.c.j.ff.loca.& conduc.l.iiij.§. hoc ſubiungi poteſt.
[Inquiras]

[Inquiras]tanquam a principali,quo ad iudicium in quo litem
conteſtatus eſt,& ideo ei credendum eſt,& ſi non iurauerit,quia
confeſſus in iure &c.C.de confeſſ.l.vnica.nec diſtinguitur , iura-
uerit,vel non.s̄.de accuſa.ſi contiterit. Quid ſi reſponſio ſindici
eſt contra monaſterium , & reſponſio conuentus pro monaſte-
rio?Dicit Ber.ꝙ non præiudicat,quem coadiuuaret,ſi concorda-
ret.Tu dicas ꝙ quamuis reſponſio defenſoris ſine mandato non
noceat.ff.de interrog.act.ſi ſine.§.ſi defenſor.alias eſt.l.ſed ſi cum
mandato defendit , obeſt. ff.de procuratoribus. non ſolum.s̄.de
cõfeſſis.ex parte.& imputet ſibi qui talem elegit.ff.de minori.c. ſi
mandato.& hoc intelligas,quando reſpondet de ſcientia , & alij
de credulitate,ſinautem econuerſo,ſtabitur confeſſioni conuen-
19 tus,hoc ideo,quia ſcientia†maior eſt, q̃ credulitas,& vterq; prin
cipalem perſonam repræſentat , ad hoc faciunt iura inducta . s̄.
eo.ſuper verbo,in quorum.verſic. ſed & conſulo.Si vero quilibet
de conſcientia,vel de credulitate reſpondeat,tunc videtur,ꝙ fidē
ſibi derogent,ſicut ſi idem reperiretur contrarius ſibi ipſi.arg.s̄.de
appell.ſolicitudinem. §.fi. & ideo dicunt, ꝙ debet dari ſententia
in hoc caſu contra dominum , ſicut & quando idem confitetur
pro ſe,& contra ſe.ar.ff.de inter.act.de ætate.§.j.xiiii.q.ij.§.j. Tu di
cas,ꝙ in hoc caſu ſi iudex poteſt informare motum animi ſui p
aliquas circunſtantias,eis ſtabit.s̄. c.præterea. & in aliis concord.
ſignatis.s̄.eo.ſuper verbo,in quorum. ſi obſcura ſunt iura proce-
dat,ſicut notatur.s̄.de probationib.ex literis.s̄.de ſenten. & re iud.
c.fi.Quamuis autem ſindicus non iuret de veritate dicenda,iura
bit tamen in litem,& de expenſis,& ſibi deferendum eſt iuramē
tum.C.de iu.properandum.§.fi.C.de reb.cred.l.pen. C.de iur.cal.
l.ij.§.j.ff.de iureiur.iuſiurandum quod ex conuentione. ſecundũ
d.n.Caueat tamen,ne incurrat anceps periurium,quia ad hoc,ni
ſi gratis ipſum ſubeat,non cogetur.ff.de in lit. iur. videamus. §.j.
ff.rerum amo.Marcellus.§. iurare. & eſt hic ar.ꝙ ſindicus tenet
defendere cauſam appellationis,ſed contrarium verum eſt. s̄.de
20 procuratorib.c.penul.in fi.¶[Teſtes etiam]iij.pars[Articulis]†Ar
ticulus iſte alias appellatur titulus,ſiue intentio,& debet contine-
re id,quod quis probare intendit. Quòd tales articuli , ſiue tituli
ſint tradendi,probatur hic,& s̄.eo.veniens.ij.& c.cum in tua.& s̄.
de cau.poſſ.& proprie.cum eccleſia.s̄.de fide inſtru.inter dilectos.
§.fi.& c.cum Ioannes.§.j.& §.dictus.& § fi.ff.de pet. hære. ſi quis
libertatem.§.plane.C.qui.legi.perſo.habent ſtan.in iudicio.l.fin.
ff.de iureiur.ſi duo patroni. §. idem Iulianus. Sed caueat ſibi tra-
21 dens†ne faciat titulum plura copulantem, nec tradat longã po-
ſitionem pro titulo,& ſe obliget ad titulum probandum , quia ſi
ſe obligauerit taliter,ꝙ amittat cauſam,niſi ipſum probet,impu-
tabit ſibi,ſi in probatione deficiat.s̄.de probationib.licet.§.iidem,
quoque teſtes.nam & ei mos geri debet.ff.de proba. circa.s̄.de re
ſtit.ſpol.c.j.& ideo poteſt ſe obligare ſub amiſſione cauſæ ſuæ . s̄.
de ele.cum dilecti.§.fi.& s̄.de crimi.fal.c.fi.& ſtare dicto aduerſa-
rij ſui,ſi voluerit.C.de fideic. l.fi.& credere teſti, ſine iuramento .
s̄.e.tuis.aliter autem intelligas,ꝙ ſufficit probare vnum de mille
propoſitis, ſi ſufficiens ſit ad intentionem proponentis fundan-
dam.s̄.de appellat.ſignificauit.§.fi.s̄.de præben.cum iam dudũ.§.
fi.s̄.de exceſſ.præl.grauem[Producendos] iuratos aliter enim nõ
22 valerent,†etiam ſi fratres minores eſſent.s̄.eo.nuper. niſi remitte
retur a partibus iuramentum,vt no.s̄.in prox.gl. [Alterius]ſcili-
23 cet conuentus ſancti Nicolai[Productos]ergo erat†lis conteſta.
alias non valuiſſent regulariter.s̄.vt li.non conteſt.quoniam fre-
24 quenter[Nomina]ne locus ſit†variationi. s̄.de reſcr. extra.cum
in multis.& vt omnes & hi ſoli recipiantur : nec detur alia dila-
tio niſi ex cauſa,vt not.s̄. eo. ex cauſis.tamen ipſam non poſſent
dare iſti iudices,qui habent poteſtatem ſuam limitatam, & ideo
poteſtas elapſo termino expirabit , niſi forſan partes in proroga-
tione temporis conſentirent:s̄.de offi.dele.de cauſis. reſpon.j.[In
eiſdē articulis]quaſi dicat,quilibet teſtis neſcit omnes articulos,
& ideo cautum eſt, ꝙ ſic faciat eos volens teſtes producere . Pri-
mus articulus ſiue titulus prioris & conuentus de ſpalding.ex eo
ꝙ Petrus productus in teſtē ab aduerſa parte eſt adulter pro eo,ꝙ
talem vxoratam tenuit publice.s̄.qui fil.ſint leg.cauſam . & hoc
ſciunt Martinus & Petrus. Item ſecundus ex eo ꝙ Gulielmus
ab aduerſa eadem parte productus eſt homicida,pro eo,ꝙ talem
hominem occidit,& hoc ſcit Robertus & Lotharius,& ſic de ſin
25 gulis.Quid ergo ſi velis alios producere quam nominatos , † vel
eoſdem tranſponere?Non licebit hoc.ar.ff.man.diligenter. s̄.de
reſcr.cum dilecta.s̄.de offi.dele.venerabili[Recipe]alias ſine hoc
verbo[Vſque ad kalendas]non ergo vltra.s̄.de probationib.licet.
reſpon.j.ver.ſuper quo.& notatur.s̄.ſuper verbo,nomina[Exami
nare procures]alias examines.ſ.diligenter.s̄.e.cum clamor. & j.
ſequitur[ſecundum aduerſæ partis].ſ.abbatis, & conuentus ſan-
cti Nicolai[Interrogatoria]quæ dantur contra articulos, de qbus
26 præmiſit,& formantur ſic. † Super primo articulo ſupra notato
ſi dicant teſtes , ꝙ Petrus eſt adulter &c. interrogentur qualiter
ſciunt,ꝙ illa mulier eſſet vxorata,& vbi contraxit matrimoniũ,
& quando,& coram quibus , & ſi fuerunt præmiſſa bãna in ec-
cleſia,& an eſſet aliqua conſanguinitas, vel aliud impedimentũ
canonicum inter eos,& an eſſet publicata fama in terra ꝙ ſolũ-
ta erat,& ſimilia.Non ſolum autem adulterium , ſed & fornica-
tio teſtem repellit.s̄.e.teſtimonium. & c.ex parte Adæ.vbi quidã
nec tot interrogatoriis locus erit. Quòd hæc interrogatoria ſint
27 †recipienda probatur hic aperte,& caueas , ꝙ antea facias ſuper-
flua,q̃ aliquod neceſſarium,vel vtile omittas,quia ſi petieris inter
rogari teſtem,& iudex omiſerit ipſum interrogare malitioſe,vel
negligenter,quod ap rte colligi poteſt ex modo, & qualitate in-
terrogatorij,& ſerie teſtimonij,& facti, de quo agitur:iterum po-
tes deſiderare,vt interrogetur , quamuis teſtimonium fuerit pu-
blicatum,ſed ſi non feciſti interrogatorium,tibi imputabis.s̄.eo.
per tuas.Item iudex forſan[ex officio plura reſecabit,q̃ expediret,
& hoc eſt contra iudices,qui committunt examinationes teſtiũ
28 notarij,& ſimplicibus,†cum ipſi debeant audire in perſona pro
pria.C.de fide inſtrumen.auth. apud aliquem. vel ad minus hoc
committere perſonis diſcretis,idoneis,& honeſtis,vt s̄.ti.j.ca.j.in
fi.s̄.de conſang.c.j.§.fi.s̄.e.ſi qui teſtium. Cum enim in probatio
nibus ſit tota vis cauſæ;potius deberent alia committere,quã te-
ſtium examinationem.ar.xlii.di.quieſcamus. ſed onus eſt , ſicut
& audire confeſſiones.s̄.de pœniten.omnis.& ideo quilibet libē-
ter ſe exonerat,ſed datas, & ſportulas non committit , contra id
quod legitur.ff.de reg.iur.ſecundum naturam.s̄.de cler.coniuga.
diuerſis.& de præben.cum ſecundum.s̄.de ſepul.c.j.Sunt & quę-
dam quæ iudex ex officio querere debet . & ſi nullum interroga-
torium datum ſit.de quibus habes.s̄.e.cum cauſam quæ inter ar
chiepiſcopum.Vnum etiam nota.ꝙ quãuis ſatis ſimpliciter for
mauerim ſupra articulos cauſa abbreuiandi.ar.ff.de of. præ. prę.
29 l.vnica.reſpon.j.tamen neceſſe eſt,†vt crimen obiectum teſtibus
ſpecificetur,& ꝙ cogatur exprimere formans articulum , ſiue ti-
tulum ipſum crimē,& quis commiſit,& cum quo , & ibi,& quo
anno,& quo menſe,non dico,quo die,vel qua hora.ii.q.viii.libel
lorum.Nec dicas illud ſpeciale,quando agitur in modum accu-
ſationis,quia idem eſt etiam in modum exceptionis,vt s̄.innuit.
ibi primo cum in perſonam &c.& §.ſequen.ver.ſimili ſpecifica
tione.j̄. de exceptionib.extra.pia § ſi quis.igitur.immo & multo
fortius cum non ſit odioſum accuſare , ſicut excipere contra te-
ſtes,& ideo in primo caſu coguntur teſtes.in ſecundo non cogũ
tur,vt s̄.ti.j.dilectorum.quod dic,vt ibi no.Sed & hoc notabis , ꝙ
ſicut impertinens poſitio vel ſuperflua non recipitur,vt notatur.
s̄.de confeſſis.extra.ſtatuimus.verſi.ſi certum eſt iudici.ſic nec ſu
30 perfluus titulus.& eadem ratione ſunt cauilloſa†& impertinen-
tia interrogatoria reſecanda.ar.s̄.in proœmio.§.ſane.ff.de offi.aſ-
ſeſſo.l.j.[Primo tamen]ver.[Sigillatim ſpecificatione]ecce quod
no s̄.de expreſſione & ſpecificatione criminum obiectorũ. ¶Si
vero]iiij.pars[Conuentus]ſancti Nicolai[Producendos]vt s̄. px.
§.[Teſtium]productorum in principali[Ac eos]quos voluerint
producere ad reprobandum reprobantes, & iuuandum produ-
ctos in principali.i.ad famam ipſorum conſeruendam,nam ſu-
per principali non liceret.s̄.eo.fraternitatis[Ad kalendas Februa
rij]ſic.s̄.de probationib.licet.§.j.ver.indulto ex tunc [Simili ſpeci
ficatione]ver.ſic no.s̄.prox.§.ſuper verbo,interrogatoria.ver.vnũ
etiam no.[Obſeruata]quia eadem ratio eſt.s̄.de conſti. tranſlat.
& de reſcr.inter ceteras[Prius tamen]ver.[Iuramento]ſi exigat.
ff.de iureiu.iuſiurandum.§.qui iuſiurandum.ff.de no. ope.nunc.
de pupillo.§.qui opus nouum.quod locum habet, vbicunque ti-
metur de malitia,ſiue iuratum ſit de calũnia,ſiue non.s̄.e.vltra.ſi
ue ſit iurandum,ſiue non,vt hic,& s̄.de reſti.ſpo.literas.§.propte-
rea.ver.ſed ad maiorem.& s̄.de ele.cum dilectus.§.nos vero[Pro
cedant]Sed nunquid licebit priori & conuentui iſtos teſtes abba
tis & conuentus ſancti Nicolai iterum reprobare?Non.vt s̄. e.li-
cet dilectus[Datum Lugd.]&c.per hoc habeo,ꝙ poſt cauſam,q̃
habuit cum hoſpitalarijs,hæc conſtitutio emanauit,& ſic not.ꝙ
data conſideranda eſt,vt no.s̄.de reſcr.eam te.

¶De exceptionibus. Rubr.

*SVMMARIVM.*

1 *Papa quod facit & eccleſia intelligitur facere.*
2 *Excommunicatio maior ſeparat a communione hominis, minor vero a ſacramentis tantum.*
3 *Excommunicato licet ſe defendere, non tamen agere.*
4 *Epiſcopus nec alius debet communicare cum excommunicato donec fuerit abſolutus.*
5 *Excommunicato periculoſius eſt non vitare,quam non vitari.*
6 *Actus quidam ſunt publici, quidam ciuiles, & quidam communes.*
7 *Excommunicatus nihil poteſt facere in iudicio , ſecus vero extra , tanquam priuata perſona, & an contrahere poteſt.nu.11.*
8 *Excommunicatus an poteſt facere teſtamentum , & an relinquere ad pias cauſas.nu.9*
10 *Excommunicatus an poteſt hæres inſtitui.*
12 *Iudex ex officio ſuo poteſt repellere a iudicio notorium excommunicatum.& num.34.*

13 *Excom-*



13 *Excommunicatus ſi ſit teſtis in inſtrumento,an per hoc vitietur inſtrumentũ.*
14 *Excommunicatus ſi confert ſacramenta an valeant.*
15 *Vaſſallus non eſt obligatus ſeruitium præſtare domino excommunicato.*
16 *Excommunicati contumaces poſſunt compelli a iudicib.ſecularibus ex conſtitutione Lotharij Imper. ſed ſi fuerit oppoſitum debet remitti ad epiſcopum.*
17 *Peccatum eſt morbus animæ.*
18 *Excipiens de excommunicatione debet ſpecificare excommunicationem, & excommunicatorem.*
19 *Exceptio excommunicationis debet probari infra octo dies , & an poteſt per Papam prorogari terminus.nu.20.& 21.*
*Et an in eadem octaua die poterit probare.nu.24*
22 *Exceptio excommunicationis ſi proponitur in modum dilatorię abbreuiatur tempus & quare.*
23 *Exceptio excommunicationis ſi non fuerit probata infra octo dies per malitiam aduerſarij,vel culpa iudicis,an danda eſt alia dilatio , vel proceditur in cauſa.*
25 *Exceptio excommunicationis ſi opponatur contra iudicem quis cognoſcet.*
26 *Inſtantia iudicij quæ finitur triennio ſecundum leges non habet locum ſecundum canones.*
27 *Proceſſus habitus cum excommunicato an & quando teneat, & quid iudice excommunicato.& nu.28.& 33*
29 *Exceptio excommunicationis an poteſt bis opponi.*
30 *Exceptio excommunicationis etiam poſt ſententiam poteſt opponi,& impedit executionem,& quis cognoſcet executor an ordinarius.nu.31.& 32.*

## CAP. PRIMVM.

PIa conſideratione Redditur multiplex
ratio , quare excommunicati in quacunque
parte iudicij de excommunicatione conui-
cti ab agendo repelluntur.Oſtēditur, quomo
do iure rationabili peruerſi homines abutun
tur. Obiicientes malitioſe in expēſis dãnant,
& alij admittuntur . Offerendo tamen ſe probationi excipientes
ſecundo admittuntur,& probata excõmunicatione occulta prę
teritis in ſuo robore remanentibus , conuicti quo ad futura a iu-
diciis excluduntur:ſed ſi deficiant excipientes in probatione, ad
probandum tertio non de facili audiuntur,ſed & ſententiis latis
executiones propter hanc exceptionem occultam probatam re
tardantur:non tamen propter hoc latæ iam ſententiæ infirman
tur,ſed & excommunicati notorij officio iudicis excluduntur.
[Conſideratione] quadruplici , vt .ſ. ex hoc cenſura eccleſiaſtica
&c.ſicut.s̄.ſequitur[Statuit]s̄.eo.exceptionem [Eccleſia]genera-
1 lis.quia quod Papa†facit,qui eſt ſponſus generalis,eccleſia ſpon-
ſa generalis intelligitur facere.ar.s̄.de tranſla.epi.c.j.ij.& iij.xxiiii.
q.j.quoties.rogamus.cum beatiſſimus.& ideo generaliter omnes
aſtringit conſtitutio Papę.s̄.de conſtitu.c.fi.[Maioris]quę a com
2 munione†hominum ſeparat , ſecus in minori,quæ ſeparat a ſa-
cramentis tantum.s̄.de cler.excom.mi. ſi celebrat.s̄.eo.a nobis.
[Oppoſita]quamuis tanq̃ dilatoria.nam & quandoque eſt perē-
ptoria.s̄.de ætа.& qual.cum bonæ.s̄.de elec.cum inter .R. iunio-
rem.§.fi.[Differat]ex quo de ipſa conſtat , non antea ſi occulta
3 ſit.vt s̄.ſequitur[Agentes]& non dicit†defendentes,nam illud li
citum eſt.s̄.e.cum inter priorem.& c.dilectæ.& c.ſignificauerũt.
[Vt ex hoc]ver.ecce prima conſideratio [ Cenſura ] quæ ex quo
contemnitur,magis ligat,ſi iuſta ſit,& ſi iniuſta ſit, tunc de nouo
ligat.s̄.de ſen.excom.per tuas.§.verum in aliis.xj.q.iij.ſi ergo.& §.
cum ergo.& contemptus depoſitionem inducit.s̄.de exceſſ.præl.
tanta[Timeatur]quam tãmen adhuc parum homines reueren-
tur[Communionis]ver.ſecunda cõſideratio [Periculum] quod
non minimum eſt,vt patet.s̄.quod me.cau.ſacris. s̄. de ſent.exc.
4 ſacris.& ideo nec epiſcopus, †nec alius debet cum excommuni-
cato communicare,quouſque ſecundum formam eccleſiæ fue-
rit abſolutus.s̄.de ſent.exc.cum deſideres.& ca.quod in dubiis. &
c.a nobis.ii.& ſi dubius ſit.s̄.de ſent.excommu. cum deſideres.§.
5 ſecundæ.& c. ſuper eo. ii. † Sed & excommunicato periculoſius
eſt non vitare,q̃ non vitari.s̄.de cler.excommu. miniſtran.illud.
§.pen.[Contumaciæ] verſi. & eſt hæc tertia conſideratio.[Repri-
matur] propter quam ſolam hæc ſententia eſt ferenda. xi. q.iii.
certum.nam quos diuinus timor &c.s̄.de elect. cum in cunctis.
§.penult.[Et excommunicati]verſic.& hæc eſt quarta conſidera
tio.[A ciuilibus[alias communibus,& eſt melior litera [Actib.]
6 Nota,ꝙ†quidam ſunt actus publici,quidam ciuiles, quidam cõ
munes.Publici actus dicuntur,ſicut tutela,& cura. Inſtitu. de tu-
tel.circa princip.Ciuiles ſunt iudicare,arbitrari.ff.de iud.cum præ
tor.iij.q.vij.§.tria.s̄.de arbitris. dilecti. Communes vero appellari
poſſunt officium procuratorum & teſtium , & hoc ideo , quia
nec inter ciuiles,nec inter publicos enumerantur, a talibus autē
excommunicati repelluntur.s̄.de probationibus . poſt ceſſionē.
s̄.de procuratoribus.c.fi.multofortius a publicis & ciuilibus.s̄.eo.
exceptionem . s̄. de ſententia & re iudica.ad probandam. Circa
7 hoc tamen diſtinguendum eſt,ſi excommunicatus † aliquid fa-
cit in iudicio,repellitur,vt hic & ſuperioribus iuribus & s̄. eod.a
nobis.ſi extra iudicium & tanquam priuata perſona, valet quod
agitur,& ideo excommunicatus poteſt vendere,& contrahere,s̄.
de ſenten.excommunicat. ſi vere. & ideo donari poteſt. xi. q.iii.
quoniam multos.multofortius & ipſe donare poteſt.s̄. de ſentē-
tia excommunica.cum voluntate.§.prædicatores. ſinautem ali-
quid faciat extra iudicium tanquam perſona publica , vt ſi ſcri-
bat inſtrumenta publica,non valet.s̄. de hæreti. excommunica-
mus.§.credentes. s̄.de ſententia excommunica. nouit. iii.q.iiij.
8 nullus.Patet ex præmiſſis,ꝙ†excommunicatus poteſt condere te
ſtamentum de rebus propriis , nam ex quo donare poteſt,vt di-
ctum eſt,ergo & legare,legatũ enim, quod in teſtamento relin-
quitur,donatio eſt a teſtatore facta.Inſtitu.de lega.circa principi.
Non eſt ergo ei prohibenda teſtamenti factio , per quam & liti-
gia hæredum vitantur,quod eſt prouidendum,vnde & in talibus
imperfectum teſtamentum valet.C.fam.erc.l.fi. C.de teſtamen.
hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.in Authen.de imperfec.teſta.
9 colla.viij.Sic etiam excommunicatus poterit relinquere†ad pias
cauſas,& procurabitur ex hoc ſalus animę ſuę.& quo ad talia nõ
eſt communio interdicta.s̄.de ſententia excommunicat. reſpon
ſo.& cap.cum voluntate.ſecundum magiſtrum Pet.de Samp. q
compilauit totam gloſſam ſuperiorem , exceptis paucis concor-
dan.quas induximus,& multi ſequuntur opinionem hanc, ſed ſi
de prædictis intendit agere hæc litera,quomodo trahetur hæc cõ
ſideratio ad iudicia,de quibus loquitur,ideo videtur, quòd alia ſit
mens,vt.ſ.velit dicere,ꝙ nedum repellitur excommunicatus in
iudiciis,ſi de ſpiritualibus agatur,ſed etiam ſi de ciuilibus,ideſt tē
poralibus.vnde dic ciuilibus, quaſi dicat,nedum ſpiritualib. [Ex-
cluduntur]nedum in iudiciis,ſed etiam extra iudicia,quantum-
cunque agatur de vtilitate eorundem temporali , vt ſic inter ho-
mines conuerſentur,& hominum careant ſuffragiis,ſcilicet tem
poralibus,quibuſcunque.argumen.C.ne ſan.bap.itere.hi qui ſan
ctam.licet ibi loquatur de aliis . De ſpiritualibus, ſiue eccleſiaſti-
cis,planum eſt,ꝙ non poſſunt ea acquirere,etiam extra iudiciũ:
quia nec capaces ſunt.s̄.de ætate & qualitate.cum bonæ. s̄.de cle
rico excommunica.miniſtran.poſtulaſtis.s̄.de exceſſ.præla.tan-
ta.& hoc manifeſtius innuit alia litera , quæ dicit communibus
actibus,quaſi dicat omnes actus , qui aliis hominibus omnibus
communes ſunt,excommunicatis interdicuntur , quandocun
que quæritur de ipſorum vtilitate.Quid ergo, ſi quis excommu-
nicatus officium aduocati, quod & ſecũdum omnes interdictũ
eſt,ei aſſumpſerit,nunquid poteſt ſalarium retinere? Non.argu.
10 s̄.de iudæis.cum ſit. † Quid ſi hæres inſtituatur excommunica-
tus?Non videtur poſſe capere, nec valere inſtitutio. argumen. in
Authen.vt cum de appel.cog.§.generalem.verſic.ꝙ ſi forte.& ſe
quen.colla.viij.etenim extraneo a fide & ſeparato a communio
ne eccleſiæ ſacroſanctæ omne priuilegium ex legibus deſcen-
dens,& omne beneficium denegatur,in Authen.de priuile.dot.
hæred.muli.non præſtan.§.antepenul.verſi.ſed ſint eis inaggreſſi
bilia . ergo ſicut non poteſt eſſe in iudicio ad vtilitatem ſuam ,
ſic nec extra iudicium,nam eis eſt omnis participatio interdicta.
xj.q.iij.excommunicatos.& ca.cum excommunicatis.& multis
aliis ibi poſitis capitulis.& s̄.eod.cum inter priorem. §.fina.ergo
ex quo generaliter loquitur , generaliter intelligendum eſt. s̄. de
ſenten.excommunica.cum deſideres.reſpon.primo.ad fin.& pa
tet in his,quæ no.s̄.de officio ordi.extra.Romana. Si igitur dices ,
quòd poteſt facere teſtamentum, da ius expreſſum contra regu-
lam,vel contra.in eo,quod legitur,& notatur. ſupra , de tranſlat.
epiſco.inter corporalia.§.ſed neque. Nec enim valet , quod alle-
gatum eſt de prouiſione hæredum.s̄.eo.verſic.patet.quia illud lo
cum habet quando teſtator non eſt odioſus,ſed fauorabilis,alias
bene eſt,vt puniatur in hæredes.argu.ſupra,de fil. presbite.literas.
& ff.quod metus cauſa.iſti quidem.Nec valet, quod ibidem not.
de eleemoſina:quia nec licet ab eo recipere , nec etiam cum eo
contrahere, niſi in neceſſitate , vt probant iura inducta.s̄.de ſen-
tentia excommunica.inter alia.§.illud.quæ nec legem habet. s̄.
de reg.iur.quod non eſt licitum.Si dicis, ꝙ contrahere poteſt , &
alium ſibi obligare, proba,quia contrarium innuitur in dicta li-
tera.& ſupra,de dolo & contu. veritatis. §. fina. & s̄. de ſententia
excommunica.ſi vere.quæ.ſupra in contrarium allegatur.Nam
11 ibi bene innuitur,quòd tenet contractus, †ne alius non excom-
municatus contrahens ſit in damnum,& ne excõmunicatus de
ſua culpa commodum ſentiat, ergo innuitur, quòd ſi contra-
rium eſſet,ius nullatenus ſubueniret , ideo potius videtur dicen-
dum,quòd ſi excommunicatus extra iudicium aliquid faciat tã-
quam priuata perſona,indiſtincte valet in detrimentum ſuum ,
ſed ad vtilitatem ſuam nihil facere poteſt . ad hoc faciunt qua-
tuor conſiderationes ſupradictæ . Si vero tanquam perſona pu-
blica,vel in iudiciis tãquam priuata,& erat occultus, valet quod
agit, ſiue pro ſe,ſiue contra ſe.argu.ſupra,de procuratoribus . ca.
fina.s̄.de ſententia & re iudica.ad probandum . ſupra eod.exce-
ptionem.& eſt expreſſum.j̄.eo. §.ſi vero poſtmodum.& ſequen.

Idem

Idem ſi manifeſtus,ſed probari non poteſt,vt ibidem,quod de no
uo inducitur ſecundum quoſdam . Vel poteſt aliter intelligi, vt
no.ĵ.§.fi.ſuper verbo,non minus. valebit ergo inſtrumẽtum ab
excommunicato factum,ex quo occultus eſt. s̃.de procuratorib.
c.j.Sed ſi notorius ſit,non valebit,& ſic intellige.iij.q.iiij.notoriũ
12 etiam excommunicatum.Iudex † etiam ex officio ſuo repellere
poteſt,vt s̃.e.§.fi.& s̃.eo.exceptionem.& accedit ad hoc.ff.de offi.
præto.Barbarius.C.de teſta.l j.Valet ergo ſententia ab excommu
nicato occulto lata,& inſtrumentum ab eo factum , & hoc pro-
pter authoritatem rerum iudicatarum,& ne contrahentes deci-
piantur,vt in dictis iuribus.& ff.ad Maced.ſenatuſcon. l.iij. & qa
citius obiicitur contra aduerſarium,quam contra iudicem , & ſi
non noceat , ſi non obiiciatur aduerſario , non tamen nocet, ſi
non obiiciatur iudici,vnde & ſi iudex ſit publice excommunica-
tus,ſententia non valet.s̃.de re iudica.ad probandum.ſecundum
dominum noſtrum.s̃.de probationibus.ſi iuſtus metus. Sed nos
dicimus idem etiam ſi actor ſit publice excõmunicatus.Nec va-
let ſentẽtia,etiam ſi reus hanc exceptionem tacuerit,q̃uis,ſi hoc
malitioſe tacuerit,cõdemnandus ſit in expenſis.s̃.de excep.exce-
13 ptionem.† Quid ſi excommunicatus ſit inſcriptus teſtis in inſtru
mento?Videtur,ꝙ propter hoc vitietur.arg. s̃.de procuratoribus.
c.fi.Dominus noſter. ꝯ dũmodo non ſit alias ſuſpectum inſtru-
mentum,nam ſi ſuſpectum eſſet,non poſſet comprobari per te-
ſtem nunc excommunicatum . Si vero eſſet abſolutus nunc , li-
cet tunc eſſet excommunicatus,quando fuit inſcriptus,non no-
cet.ſecundum dominum noſtrum:ergo & in iudicio,& extra iu
dicium eſt excommunicatus regulariter expellendus. Excipitur
tamen is,qui dicit ſe excommunicatum poſt appellationem le-
gitimam,qui pendente appellationis articulo ( in quo admittiť.
s̃.e.ſignificauerunt.& e.venerabilem) in omnibus aliis iudiciali-
bus euitatur,ſed in extraiudicialibus eſt nihilomus admittendus.
& per hoc ſatis colligitur , ꝙ alias eſt omnis ſibi participatio in-
terdicta.ĵ.de ſententia excom.extra. ſolet. §.fi.vbi de hoc.de hoc
dic etiam,vt notatur in Summa de ſententia excommunica. §.
& quæ ſit pœna.ſub.§.quid ſi teneor. ver. ſed quid ſi dum aliquis
eſt excommunicatus . Item cuilibet excommunicato , ſi graue-
tur,permittitur appellare,& appellationem ſuam proſequi. s̃.eo.
14 dilecti.dilectæ.ſignificauerunt.Quid ſi excommunicatus,†vel ſu
ſpenſus ab homine quantumcunque occultus ſacramenta eccle
ſiaſtica confert ? Et quid ſi nunquam probetur excommuni-
catio, iudicium relinquimus ſoli Deo.vj.q.j.ſi omnia.s̃.de ſimo-
nia.ſicut tuis . in fi. ſed quo ad probabiliter ignorantes omnia in
Chriſti fide purgantur , ex quo fides non deficit ſacramenti.s̃.de
coha.clerico.& mulie.veſtra.s̃.de presbite.non bap. c.ij.& iij.s̃.de
cler.excommunica.miniſtran.apoſtolicæ. veritate autem proba
ta apparet in ſacramentis quo ad executionem , & in beneficiis
indiſtincte,collationem nullam retro fuiſſe. s̃.de conſuetudi. cũ
dilectus.§.quia nobis.cum ſuis cõcordantiis.vbi de hoc.Nec cur
ſu temporis conualeſcit,quia in talibus initium eſt ſpectandum,
vt legitur,& notatur.s̃.de elec.dudum.j.§.cum autem. niſi diſpẽ-
ſatio intercedat.s̃.de elect.illa.s̃.de ordi.ab epiſc.qui renun.epiſc.
c.j.in fi.& c.ij.vbi de hoc.Nec obſtat,ꝙ ſententia lata ab excom-
municato occulto tenet,ſicut innuitur. s̃.de ſententia & re iudi.
ad probandum.nam & ſi dicamus, ꝙ publica communia , quæ
ſcilicet poſſunt cadere in laicum excommunicato occulto (vbi
nullum ſibi affertur commodum)concedantur,non tamen idẽ
dicemus de publicis eccleſiaſticis,ſiue ſpiritualibus,quæ ex officio
eccleſiaſtico,vel ordine pendent.arg.in eo,quod legitur, & nota.
s̃.de arbit.contingit.24.q.j.audiuimus.& c.ſequen.81.diſtin. eos.
& c.præced. s̃.de appellationib. paſtoralis.ad fi. [Rubore ſuffuſi.]
alias confuſi.ex eo ꝙ ſic arceantur , & generaliter nedum in ſpiri-
tualibus, ſed etiam in temporalibus, & ciuilibus euitantur [Ad
humilitatibus ] quia ſola vexatio dabit intellectum . Iſa. [Affe-
ctum]quia magis appetent reconciliari . & facit hoc multum
ad id,quod notatur in Summa de ſenten.excommunicatio.§.&
quæ ſit pœna. ſub.§.ſed quid ſi teneor.verſic.tu teneas . ¶Sed ho-
minum]Secunda pars[Malitia]quæ ſemper creſcit.xij.q.j.omnis
ætas.in Auth. de nup. §. mitiores. coll.iiij.[Quod prouiſum eſt]
ſic.xlv.diſtin.licet.ij.s̃.de tranſla.epiſcopi.inter corporalia. §. fi.s̃.
de priuilegiis.ꝙ nonnullis.ad fin.[Noxam].i.delictũ.de hoc. ĵ.de
homicid.extra.pro humani.§.j.[Dum enim]alias cum enim.&
eſt melior litera[Eccleſiaſticis] quia & in illis & earum occaſio-
ne frequentius promulgatur.poteſt tamen, & pro aliis promul-
gari.s̃.de iud.nouit.& patet in his quæ not. s̃.qui fil. ſint legiti.per
venerabilem.§.rationibus[Opponitur]& admittitur coram iudi
cibus eccleſiaſticis,tamen alij parum curant , tamen leges ma-
gnam vim faciunt,vnde & dicitur in ꝯſtitutionib.feudo.hic fini-
lex conſuetu.regni.ca. domino guerram . quẽadmodum domi.
num excommunicatum , vel bannitum a Rege non eſt obliga-
15 tus†vaſſallus ad adiuuandum , vel ſeruitium ei præſtandum,im-
mo abſolutus eſt interim a ſacramento fidelitatis , niſi ab eccle-
ſia,vel a Rege fuerit reſtitutus,& comprobatur hoc. xv. q.vj. nos
ſanctorum.& c.alius.& s̃.de pœniten.c. fi. & ſecundum iura au-
thentico habet archiepiſcopus poteſtatem concilium prouincia
le conuocandi , vt eccleſiaſticus ſtatus & ſacræ regulæ diligenter
cuſtodiantur,& ſic faciant ſtatuta ſua , & vt puniant quãcunque
perſonam circa prædicta delinquentem, vt in Authen. de ſanct.
epiſcopis.§.vt autem omnis eccleſiaſticus.colla.ix.quod & proba
tur.s̃.de accuſationib.ſicut olim . & idem probant aliæ leges in-
ductæ ſupra in ver.quid ſi hæres inſtituatur alias inſtitutus.& Lo
16 tharius Imperator conſtituit , vt ſeculares † iudices diſtringant
excommunicatos contumaces,vt in Lombarda.de decimis.l.de
decimis.& l.fi.& iij.Sed & ſi opponatur coram iudicibus ſecula-
ribus,admitti debet hæc exceptio , & remitti ad epiſcopum diffi-
nitio.ar.s̃.de ordi.cogn.tuam.quia quo ad talia ſacri canones etiã
ſecundum ſanctiones legitimas ſunt ſequendi in Authen. quo.
oportet epi.§.j.colla.v.no.s̃.ſecun.nup.c.pen.& fi. [Differri] con-
tra iura.s̃.de dolo & contu.finem. & c. venerabilis. C. de fide in-
ſtrumen.l.fi.ad fi.ff.ſi cer.pet.quidam æſtimauerunt[Laboribus]
quod vitandum eſt.s̃.de appellationibus.vt debitus[Proinde]ver
ſic.[Morbus]ideſt malum,ſiue peccatum,ſiue vitium,ſiue mali-
17 tia,†peccatum enim eſt morbus animæ.s̃.de pœniten.cum infir
mitas.ſi.s̃.de reſcriptis.ad hæc ſumus.s̃.de iuramento calum.cæ-
terum.ĵ.de appellationibus extra.legitima. §. j. [Communem]
ſcilicet inter omnes quaſi indifferenter[Irrepſit].i.latenter inua-
luit[Medelam].i.conſtitutionem generalem.s̃.de conſtitu.c.fin.
¶Si quis igitur]Tertia pars[Opponit] in quocunque iudicio ec-
cleſiaſtico , vel ſeculari in modum exceptionis,nam in ſeculari
in modum actionis opponi non poſſet[Speciem]vtrum ſit ma-
18 ior,vel minor,†& vtrum a iudice,vel a canone, & a quo lata ſit,
cum plures ſint,& diuerſæ defenſiones , ſiue replicationes com-
petant.arg.s̃.de libel.obla. ca.ij. & iij. & ideo ſequitur[Et nomen
excommunicatoris] & canonis,quia idem iuris eſt. Alias excõ-
municationis:quod vtrunque concludit. & ꝙ canon ſpecifican
dus ſit,habes ar.s̃.de ſimo.licet Heli.& de ſententia excommuni-
ca.quod in dubiis.& c.ſequen.& eſt ſimile , quod dicit lex in do-
lo.addens, ꝙ in tanto crimine non oportet vagari . ff. de dolo.ſi
ex dolo.§.fi.& l.ſequen.ff.de iniur.pretor edixit.reſpon.j. & arg.s̃.
de reſtitu.ſpoliato.extra.frequens.& de teſti. extra. ad hęc præſen-
tium.§.teſtes etiam.& ſequen.[Eam rem]alias excommunica-
tionem[Deferre] ideſt proponere debere,& non aliam [Notio-
nem]alias notitiam. id eſt in iudicium , in quo debet fieri fides.
19 [Infra octo]quaſi dicat claram,& manifeſtam.† hæc enim, quę
infra octo dies probari poteſt,notoria dicitur.ĵ.de ſententia excõ
munica.extra.ſolet.§.in prima. Ergo ſi non habeat probationes
paratas,taceat,etiam ſi epiſcopus ſit.vj.q.ij. ſi tantum.& cap.pla-
cuit.& ſecundum hoc intellige.s̃.de officio delega. prudentiam.
§.ſextam.Sed quare non dantur hic.xv. dies. ſicut & s̃.de reſtitu-
tione ſpoliator. extra. frequens.§.ſed ſi in ciuilibus ? Reſpon. De
ſpoliatione(de qua ibi loquitur)non conſueuit fieri inſtrumen-
tum,ſed de excommunicationis ſententia non ferenda a iudice
hodie, niſi in ſcriptis. ĵ. de ſententia excommunica. extra. cum
medicinalis . datur ergo in excommunicatione breuior termi-
nus,quia de ipſa facilius conſtare poteſt. ff.de pign. contrahitur
ad fi.& ideo probatur per literas. s̃. de probationibus.poſt ceſſio-
nem.Quare ergo non datur prolixior quo ad ſententiam cano-
nis,cum nec ibi fiat ſcriptura?Reſpon. Quia hæc duo ſimul iun-
guntur,& ſimul ab eodem,& ex eadem cauſa conſtituuntur, &
ideo quod de vno dicitur,neceſſe fuit, vt de altero intelligeretur.
s̃.de conſtitu.tranſlato.Nam nec in primo oportuiſſet conſtitue
re terminum tam prolixum.Sed quid ſi hoc opponitur in curia,
nunquid & ibi facienda erit probatio?Ita videtur arg. s̃.de priuil.
cum olim eſſemus.§.j.ver.quas ſub eo tenore.Vel dic, ꝙ de hoc
non eſt nobis quęrendum, quia ſuum conſilium ſufficit ſibi. s̃.
de ſententia excommunica.mulieres. §. j. & c.cum illorum.re-
ſpon.primo.verſi.fi.verum tamen eſt, quòd ibi dantur ſolũ octo
20 dies.Sed & ex cauſa, † & etiam ſine cauſa poſſet Papa terminũ
prolixiorem dare,& etiam abbreuiare. arg. ff. de re iudica. l.ij. &
in eo,quod legitur, & notatur. s̃. de dila.ca.j.Sed nunquid, quod
hic dicitur eſt regulariter intelligendum.ſcilicet ꝙ octo dies den
tur tantum ad probandum excommunicationem obiectam?Re
21 ſpon.†Immo diſtingui debet,vtrum proponatur in modum dila
toriæ vel peremptoriæ . Vbi enim in modum peremptoriæ pro-
ponitur,vt ſi dicatur electionem non tenere,quia ab excommu-
nicato,vel de excommunicato eſt celebrata , maius tempus da-
bo,vt s̃.de conſuetudi.cum dilectus.§.quia nobis.s̃.de elect.cum
inter.R.ſeniorem.§.fi.s̃.de æta.& qualitate.cum bonæ.iij.q.iiij.cõ
22 ſanguineorum.Sed cum†in modum dilatoriæ opponitur: tunc
abbreuiatur , vt hic . & ĵ. de ſententia excommunicatio. extra.
ſolet.§.prima s̃.de officio delega.prudẽtiam.§.ſexta. & eſt triplex
ratio diuerſitatis.Prima eſt,quia per dilatoriam magnum gene-
ratur præiudicium,vnde & in ea magis eſt ſubueniendum,vt pa
tet.C.de preci.Imperato.offe.l.quoties.Secunda:quia dilatoria ſę-
pius conſueuit opponi malitioſe,quam peremptoria , vt patet.s̃.
eo.reſpon.primo.s̃.de reſtitutione ſpoliato.extra . frequens. Ter-
tia,quia & ſi præſumasur, ꝙ peremptoria malitio ſe proponatur,
conſueuit



conſueuit tamen apponi pœna , ſi in probatione deficiat ſecun-
dũ conſuetudinẽ curię generalem, non ſic de dilatoria, & de hoc
notatur.ſupra,de dolo & contuma. finem.Quid ſi per iudicem,
23 vel per malitiam † aduerſarij ſtetit , quòd excipiens non potuit
probare exceptionem hanc infra octo dies?Reſpon. Dicunt qui-
dam quod nihilominus procedetur , vt hic.Tu dicas, quòd ſub-
ueniendum eſt,& iterum dilatio erit danda.arg.ff.de iudica. l. ij.
& in Authen.de his qui ingre. ad appella. §. quia enim & præce-
den.colla.v. infra de re iudica. cum Bertholdus. §. poſt modum.
infra de appellationibus : ex ratione. [Minime computato.] ſic.
ſupra de reſtitutione ſpoliato. extra. frequens. §. ſed cum ciuili-
bus . & ff. ſi quis cautioni.l. j. Aliud in decem diebus , qui dãtur
ad appellandum, in quibus computatur mora probationis ſen-
tentiæ.ſupra de ſentẽtia.& re iudica.quod ad conſultationem. &
idem erat ſecundum vetera iura. ff.quando appellan. ſit.l.j. §. bi-
duum.& §.fi.ij.q.vj.biduum.& ca.propter ſuperfluam.4.q.5.quis-
24 quis. Sed nunquid in † octaua die poterit hoc probari , cum hic
dicat infra? Sic.Nam & maritus infra lx.dies debet accuſare.ff.de
adulte.miles.§.lx.& l.is cuius.§.ex ſenatu.& tamen in ſexageſima
die admittitur.ff.de adulte.l.pater . §.lx. Sic & bonorũ poſſeſſio.ĵ.
diem centeſimum peti poteſt, & in die centeſimo admittitur pe
tens.ff.de ſucceſſorio edict.l.j.§. quod dicimus. Simile. ff. de verb.
obliga.qui ante calendas.[Apertiſſimis] .i.indubitatis & claris.C.
de proba.l.fina.ij.queſtio.viiij.quisquis.[Documentis] .i.teſtibus,
vel inſtrumentis. ſupra de teſti.cogen.peruenit.j.quam exceptio-
nem ſic oppoſitam ſi non probauerit aliquo modo , vel aperte,
vt ipræmiſit.[Iudex] quaſi interloquendo,quòd nõ obſtãte illa ex
ceptione,quæ probata non eſt,in principali debet procedere. Sed
25 quid ſi & iudici hæc † exceptio opponatur ſic.Domine coram vo
bis non teneor reſpondere,vel aliquid probare,quia eſtis excom-
municatus tali excommunicatione , quis cognoſcet de hac ex-
ceptione?Ordinarius ſuperior, ſi proximus ſit, quia reus excipen
do actor factus eſt.ff.de excep.l.j.ergo ſequatur forum rei . ſupra
de foro comperẽ.cum ſit generale. Alioquin cum in hoc articu-
lo iudex merito ſit ſuſpectus.arg.C. de offi.aſſeſſo.nemo.ſupra de
offi.delega.ſuſpicionis. ad arbitros recurratur,vt ibi.& infra de ap
pel.extra. legitima. igitur ſi hoc obijcitur iudici a ſede apoſtolica
delegato,arbitri eligendi ſunt, ſicut & ſi recuſaretur , vt ibi , quia
eadem eſt ratio , & idem ius cenſeri debet , cum neque aliter va
leat iuriſdictio expediri,vt notatur.infra de appella.extra legitima.
ſuper verbo,ſecundum formam iuris. [In cauſa] &c. [Reum].i.
excipiẽtem,& in probatione deficientem.ſupra.de dolo & contu.
finem.[Actor]originaliter vel occaſionaliter .[Diebus illis.]a tẽ-
pore,quo propoſita fuit exceptio , quouſque procedatur in princi
pali,quia tantum fuit impeditus , ſupra de procuratoribus.audi-
tis.& de dolo & contu.cum dilecti.in fi. [Docuerit.] proprio iu-
ramento,vt notatur ſupra de elect.extra.ſtatuimus. §. adijcientes
[Præhabita.]per iudicem.[Taxatione]congrua,& veriſimi i con
ſiderata qualitate perſonę & familię ſupra de procurato.cum pro
cauſa delicata non nimis,neque. luxurioſa.ſiue ſuperflua.ff.de pi
gnor.acti.ſi ſeruos pignoratos.in fine.& ff.de dam.infect.ex dãni
[ Condemnans] niſi errore probabili excuſetur, infra de ſenten.
excommunica. ſacro. §. ij. & penulti. ¶Si vero poſt modum] 3.
pars.[Iudicij.]per diffinitiuam ſententiam non finiti,vt ſequitur,
26 & non triennij quæ nõ † habet locum in foro canonico,vt ſupra
de iudi.venerabilis.Et eſt ratio,quia cum in eo ante diffinitiuam
ſententiam appellatio indifferenter ex cauſa probabili admitta-
tur , & ſic ipſa inſtantia iudicij, vltra triennium differatur , non
poteſt ibi locum habere lex.C.de iudi.properandum.ſed in ciuili
tantum in quo regulariter ante diffinitiuam ſententiam neque-
unt appellare. infra de appellationibus.ſuper eo. ij. [De eadem]
iam propoſita.ſic ff.de edẽ.argentarius.vel alia de nouo ſibi exor-
ta.ſupra,eo.paſtoralis.[Areo.]originaliter:ſed actore excipiendo.
ff.de exceptio.l.j.ff.de probationibus.in exceptionibus. [Et probe-
tur.]infra viij dies.vt ſupra,[His.] ſcilicet actis omnibus. [Præceſ-
ſerunt.] probationem factam.Per hunc ergo & ſequentem. §.a-
perte noſtra opinio comprobatur.de qua notatur in Summa de
procurato. §. quis dari. verſicu. is vero . hic autem aliquid aliud
ſuppleri oportet ſecundum quoſdam, quod non placet , vt pa-
tet in ſequen.glo. [In ſuo robore.] quod habuerunt,& habent ,
27 & habebunt,non obſtante, quod cum excommunicato†actum
eſt , etiam ſi publice erat excommunicatus, dommodo non
potuerit fides fieri , quia quo ad hunc iudicem coram quo
actum eſt , & quo ad id quod actum eſt, etiam ſi poſtea de ex-
communicatione hac fiat fides , omnino occultus reputatur,&
hoc eſt verum quantum ad actorem,vel reum excommunica-
tum,ſecus in iudice,qui ſi publice excommunicatus ſit, non va-
let ſententia ipſius,ſi poſtea detegatur excommunicatus.s̃.de ſen
ten.& re iudica.ad probandum. Et eſt ratio quare aliud eſt in iu-
dice,quam in partibus:quia iuriſdictio non cadit in excommu-
nicatum,& ſic ſententia talis nulla eſt,cum nullam habeat iuriſ
dictionem,nec tenet ſcripta,quia nec aliter valet.ij.q.j.in primis:
quia ex quo damnatus eſt auctor, damnata eſt eius ſcriptura.ſu-
pra de hæreticis.fraternitatis.& ca.excommunicamus.§.creden-
28 tes.Secus in partibus , quibus † poteſt imputari,ſi non obiiciant
excommunicationem . Si autem reus obiicit , & probet,repelli-
tur,& reus a proceſſu iudicii abſoluitur, ſed non ab eo,quod pe-
tebatur ff.de iudic.l.non idcirco.§.cum poſtea.ſecundum domi
num noſtrum Non placent ſupradicta. vt patet in his, quæ no.
ſupra eo.ſuper verbo,a ciuilibus . & dic , vt ibi : nam idem potes
probare & de actore,quia litis conteſtatio non fit ſine libello , vt
ſupra de libel.obla. ca.j. ergo ex quo damnatus eſt auctor libelli,
damnatus eſt libellus,& ſic litis conteſtatio,ſic & proceſſus ſupra
de lit.non conteſta. ca.vnico.Dicas ergo,quòd idem eſt in iudi-
ce actore,& reo,vt patet in his,quæ not.s̃.eo.§.fin.& quòd ſenten
tia occulti excommunicati teneat , & non publici . ff.de officio
præto.l.j.Et hoc eſt verum ſalua ſententia excommunicationis,
quam puto nullam , ex quo ab excommunicato lata eſt quan-
tumcunque occulto, dummodo poſtea detegatur . Et eſt ra-
tio,quia cum ſit extra communionem eccleſiæ non poteſt habe
re hanc poteſtatem. xxiiij.quæſtio.j.audiuimus . & cap.ex parte.
[Prouiſo.]verſicu.[Quòd vltra duas . ]ſimile ſupra de procura-
toribus. cap.j. & de teſti. licet dilectus . ſupra de appellationibus.
ſua nobis . ff.de dila. l. fin. [Hæc . ]ſcilicet excommunicationis
29 exceptio in genere , non dico hoc † proponi bis , quia ſic con-
tradiceret , quod ſequitur , vel euidens, & prompta . Vel dic,
hoc in genere cum dilatione, niſi noua &c. vel hoc etiam in
ſpecie , niſi euidens &c. ſine dilatione. vt infra notatur.[Noua]
ideſt de nouo promulgata , & ſic de nouo orta fuit ſupra de
officio delega.inſinuante.[Emerſerit.]in quo caſu adhuc bis ad-
mittetur ad probandum , non tertio,vt ſupra,quia eadem ratio,
ergo idem ius,niſi videretur iudici hoc malitioſe proponi. ſupra
de dolo & contu.finem.[Vel euidens & prompta]ita quòd non
petat dilationem aliam,ſed habeat probationes paratas.ita quòd
dicere poſſit, hodie conſtet, hodie agamus. ff.vt in poſſeſ. lega.ſi
is a quo.reſpon.j.ff. ad exhiben. l. ij. §. ibidem. ſupra de reſtitutio-
ne ſpoliato.literas.§.præterea . & de reſti.veniens.ij.§.j. [Superue-
nerit.]de quibus,ſi neceſſe fuerit, fidem faciat iuramento ſupra
eo.paſtoralis.Vel dic,quòd hoc non eſt neceſſe. ex quo probatio-
nem offert ſupra eo.exceptionem . [Antiqua]iam bis propoſita
diximus.ſupra quòd hæc exceptio iterum poteſt opponi duran-
te iudicio,& ſic videtur a contrario , quòd ſententia lata opponi
non poſſit,ideo ſequitur.¶Sed.]quinta pars,ſubaudi,non ita eſt,
immo.[Et ſi poſt rem iudicatam]ideſt diffinitiuam ſententiam
[Talis]ſcilicet excommunicationis. [Proponatur.]ſubaudi dici-
mus , quòd admittatur.[Executionem]&c.Eſt ergo hic expreſ-
30 ſum argumentum , quòd † executor merus admittere debet ex-
ceptionem excommunicationis , alias appellari poteſt, vt hic.&
xj.quæſtio.iij.cum excommunicato.Secundo poteſt opponi co-
ram eo , quòd nouatio facta eſt ff. de re iudica.l. iiij.§.ſi ex con-
ueutione. Tertio , quòd facta eſt tranſactio poſt ſententiam. ar-
gu.ff.de in ius vocan.neque . §.j. Quarto , quòd ſententia lata eſt
per falſos teſtes,vel falſa inſtrumenta.C.de procurato.licet.ſupra
de probationibus.licet.§.penult.ſupra de cri.fal. ſuper eo. Quin-
to,quòd male interpretatur ſententiam . ff. de appellationi . ab
executore. Sexto , quòd aliquid doloſe facit . ff. de nego. geſt.l.
ij.§.ſi executor.Septimo,quòd excedit formam ſibi commiſſam
ſupra de ſententia & re iudica. quod ad conſultationem . in fi.
& ſupra de officio ordina. irrefragabili . §. vt autam . Octauo:
quia per doloſam allegationem obtinuit , vel is , contra quem
lata eſt ſententia , iuſto impedimento detentus fuit ff. de iu-
di.l.ſi prætor. §.fin.alias eſt.l.ſi per dolum . ſupra de ſententia &
re iudica. cum Bertholdus . §. poſtmodum . Nono admittitur
generaliter alia , ſi qua occurrit rationabilis exceptio, vt patet
in eo , quod legitur, & notatur ſupra de clerico excommuni-
ca.miniſtran. illud . reſpon. j.verſicu. j. Has exceptiones admit-
31 tere † debet iudex , alias executor quantumcunque expreſſà
ſcribatur ſupra de officio delega.ex parte . ij. & hoc ſummarie
examinabit . ff. de re iudica. diuus . ff. de cuſto. & exhib. diuus.
ff. de iudic. prætor. ſed non pronunciabit ſupra de officio de-
lega. paſtoralis . §. quia vero , immo remittet partes ad dele-
gantem , qui hoc determinet, ex quo eſt verus executor, &
ſic intellige. xxv. quæſtio. ij. §. & ſi non cognitio. infra de ſen-
ten.& re iudica. de cætero . C. de exceptio. rei iudica. ſi vt pro-
ponis. quod dic , vt plene notatur ſupra de re iudica. quod ad
32 conſultationem.§.fin.Quòd ſi mixtus † ſit executor , nedum ſu-
pradictas exceptiones,ſed & quãlibet aliam rationabilem admit-
tet,& examinabit,quinimmo & determinauit.C. ſi ex fal.inſtru.
l.fina.ſupra de ętate & qualitate . accepimus . ſupra de reſcriptis.
contingit. ſupra de offi. delega. ex parte. ij. & de hoc notatur in
Summa de officio delega. §.quæ delegari.verſicu.finis. & ſequen.
[Impediat].i.retradet, vel differat,alias impediet. [Non minus.]
ſupple.niſi excommunicatio notoria eſſet.& ſi non corrigitur con
trarius ſenſus. ſupra de ſententia & re iudica.ad probandum. s̃.
eo.exceptionem. & ideo ſtatim ſequitur,eo tamen ſaluo & c. Vel
dic,vt ſupra notatur reſpon.primo. ſuper verbo , excluduntur ſed

hoc magis placet,vt patet in ſequen.glo.[Obtinebit]quam obti-
neret, ſi tempore ſententiæ non eſſet excommunicatus, ex quo
occultus erat, nam ſi eſſet publicus ideſt notorius, non valeret
ſententia neque proceſſus,vt probatur a contrario ſenſu.ſupra de
ſententia & re iudica.ad probandum. ſupra eo.exceptionem.ſu-
pra de procuratoribus.ca.fina. & ſic poteſt intelligi.ff.de iudiciis,
non idcirco.§.ſi quis poſtea.cui contrario ſecũdum gloſſam alio
rum ſufficienter reſponderi non poteſt.hoc expreſſius probatur
ſupra de reſcriptis extra.ipſo iure.ſed pauci habẽt.Et vt ſcias hunc
verum eſſe intellectum ſtatim ſequitur. ¶ Eo tamen ſaluo ]&c.
vj.pars.quaſi dicat omnia ſuperiora intelligas in excommunica-
to occulto, nam ſi publicus eſſet,nullus eſſet proceſſus, vt ſupra
eo.exceptionem. ideo ſubaudi. infra[Publice.] non valeat pro-
33 ceſſus † habitus cum eodem in his quæ tanquam actor egit, &
pro ipſo faciunt. Secus ſi reus eſſet in cauſam abſolutionis. arg,
ſupra eo.cum inter priorem. in fine. Et eſt ratio, quare non va-
let proceſſus in fauorem ipſius, quia odioſus eſt, & in pœnam
delicti ſui & contumaciæ hoc dicimus tenendum eſſe, reo au-
tem non debet obeſſe delictum ſuum. arg. C. de inoffic. teſta.ſi
quis in ſuo cui nec debet obeſſe taciturnitas, quia non habebat
probationes paratas.ij.q.vij.plerunque.Caueat tamen, quòd hoc
proteſtetur, ne videatur doloſe facere.ſupra eo exceptionem. &
ca. paſtoralis. Et eſt ratio quadruplex, de qua dixit in principio,
nam omnes dicimus excommunicatum vitandum, & ideo,
ſi diceremus,quòd valeret id quod facimus cum publico excom
municato, ſcandalizarentur inde homines, penes quos eſt
publicatus, & minus timerent cenſuram, ſed per hunc intelle-
ctum inducentur ad reuerendum cenſuram eccleſiaſticam &
abſolutionem citius impetrandam videntes, quòd ex quo ali-
quis eſt excommunicatus, & publicatus in vna eccleſia excom-
municatus intelligitur apud omnes,quod eſſe debet.iij. quæſtio.iij.
omnes quos.& ca.præceden. iiij.quæſtio. v.quiſquis. xj. quæſtio.
iij.ca.ij.& iii.ſupra de ſenten. excommunica.officio. ſicque obe-
dientia prodeſt humilibus, & contemptus obeſt contumaci-
bus,& elatis.ſupra de poſtula.prælato.cap j.§.ne igitur In occultis
autem hoc non imminet periculum,de quo nec eccleſia iudica
re debet.ſupra de ſimonia.ſicut tuis.in fi.ſupra de cohabita. cleri-
corum & mulie.veſtra.Procedet tamen iudex, quamuis dicatur
excommunicatus publicus, ex quo non poteſt fieri fides.[Et ſi
hoc iudex nouerit.]puta,quia audiuit fieri ſolemniter in eccleſia
denunciationem,vel quia ei fides fit probatione oblata, & para-
ta quandocunque ideſt ante ſententiam,vel poſt,etiam ſi execu-
tioni mandata ſit ſententia, ex quo excommunicatus notorius
erat,vt infra no.ſecus in occulto.vt ſupra.§.j.Hoc intelligas, niſi
pars rei abſtineat, alias ſuſtineat,vel appellet. ſecundum ea quæ
notantur. ſupra eo.ſuper verbo, excluduntur. ad fi.[Et ſi de hoc
reus non excipiat.[timens condemnationem expenſarum, &
ideo non in formam exceptionis,ſed proteſtationis tantum hoc
34 proponat,vel etiam omnino ſileat. [Iudex]&c.ſcilicet in illo ca-
ſu,quando audiuit denunciationem, & alio poſt probationem.
[Actorem.]non reum, nam ille poteſt defendere ſe, ſupra eo.
cum inter priorem.& de iud.intelleximus.[Ex officio ſuo]etiam
ſi nihil opponatur,vt dictum eſt, cũ hic vertatur periculum ani-
mæ.ſupra eo.exceptionem. ſupra de elec. cum nobis olim.§.pe-
nulti.[Repellere.]ſi adhuc durat iudicium, & ſi iam lata ſit ſen-
tentia, abſtinere ab executione, & ſi executum fuerit id etiam
reuocare.[Non poſtponat.]vt chriſtiani timentes ſaltem incom
modum temporale, ex quo denuntiati ſunt per eccleſiam circa
abſolutionem petendam, nec dormiant, nec dormitent, quod
multi faciunt,ſupra de conceſſio. præben. quia diuerſitatem. ſu-
pra de pœnis.ca.fi.

¶ De ſententia & re iudi-
cata. Rubrica.

*SVMMARIVM.*

1 *Tribunal quid ſit,& quot modis dicitur.& nu.2.*
3 *Reus dicatur a reatu quando conuincitur,a re uero quando non.*
4 *Iudex æternus non erat.*
5 *Prudens quæ facere debeat.*
6 *Inimicus non poteſt eſſe teſtis,vel iudex.*
7 *Iudicium peruertitur odio ſuorum, timore, & præmio,& quandoque igno-
rantia.& nu.13.*
8 *Iudicare qui recte vult ſtateram debet habere in manu.*
9 *Iudices ſicut iudicabunt ita a Deo iudicabuntur.*
10 *Iudex qui male iudicauit, quam pœnam innuerrit, & numero.15.
& 17.*
11 *Iudex debet iudicare ſecundum conſcientiam iuris.*
12 *Iudex nec in arbitrarijs plus debet facere vni,quam alij.*
14 *Beneficio an ſit priuatus,qui eſt priuatus officio.*
16 *Pœnæ ſpecies non extanditur de una ad aliam.*
18 *Delinquens in pluribus,& plures offendens grauius punitur.*

C A P. P R I M V M.

CVm ęterni. Moneantur omnes iu-
dices, vt in omnibus
proceſſibus ſuis, maxime in concipiendis
ſententiis omni remoto odio, fauore, timo-
re, & præmio, ad ſolum Deum oculos di-
rigentes ſecundum ius & conſcientiam non
differant iudicare.Quòd ſi in grauamen par-
tis alterius contra conſcientiam,& iuſtitiam aliquid fecerint per
gratiam, vel ſordes, ſciant ſe ab executione officij ſuſpenſos
per annum integrum ipſo iure, in æſtimationem litis con-
demnandi nihilominus parti læſæ. Sciant etiam, quòd ſi ſuſpe-
nſione huiuſmodi durante diuinis ſe ingeſſerint, irregularita-
tem incurrent, circa quam non poterit quis cum ipſis citra
ſedem apoſtolicam diſpenſare. Nec per hoc intendit domi-
nus Papa contra tales pœnalem conſtitutionem promulga-
tam reuocare. [ęterni]ideſt Dei viui. ſupra de Summa Tri-
1 nita. capitulo primo.[Tribunal]ideſt locus, in quo ius reddi-
tur, ſiue in quo iudex pro tribunali ſedet, qui ſic appellatur
quoad magnos iudices, qui maiores cauſas habent determi-
nare. ff. de iudi.l.j. C.vbi & apud quem.l.fin. poſt principium.
Vocatur & auditorium quoad Imperatorem,& cõſiſtorium quo
ad Papam.ff.de minori.§.denique.& ſequen.& ſupra, de
reſtitutio. in integr. tum ex literis. §.j.verſicu.& ſecundum.&
quo ad alios maiores iudices. ff. de re iudica. contra pupil-
lum.§.is quis. Ideo & dicitur conſiſtorium, ſiue auditorium.
infra de appellationibus. extra. Romana. reſpond. j. Dicitur,
& prætorium, ſiue ius, tracta ſignificatione ab eo, quod
2 fit in eo, quod fit. ff.de iuſtit.& iur. l. penultim. † Appellatur
etiam forus infra de verbor.ſignificatio. forus & poteſt is lo-
cus appellari forum, quando comprehendit terminos iuriſ-
dictionis commiſſę cuilibet iudici ordinario, non ſolum cui
prouincia commiſſa eſt. ff. de officio præſid.l. j. ij.& iij. ſupra
de officio lega. nouit. ſed & ciuitas ſola, vel caſtrum. ff. de ver
bor.ſignifi.pupillus.§.territorium.vnde & dicitur,quòd actor ſe-
quitur forum rei. ſupra de for. competen.cum ſit generale, &
iſto reſpectu tota vna diœceſis vnum dicitur territorium. xvj.
quæſtion. 6. omnes Baſilicæ. Sic videtur, quòd quodlibet ca-
ſtrum ad vnum ſolum dominum inſolidum pertinens vnam
prouinciam faciat, vt ſic ſi extraneus ibi deliquerit, ibi ſit re-
mittendus, dumtamen iudex merum imperium habeat, &
exigat hoc delictum.C.vbi de cri. agi opor. auth. qua in prouin-
cia.iii. quæſtio. vj.capitul.j. 6.quęſtio. iij.placuit.quod de diœceſi
expeditum eſt ſupra de foro competenti. poſtulaſti. ſupra de
raptoribus. capitu.j.arg ad hoc.ſupra de verbor. ſignificatio.cum
3 in partibus. §.fin. de iuriſdictio. omn. iudic.l. fina. † Hic autem
ponitur tribunal pro iudicio Dei, & appellatur tribunal per
excellentiam, quia iudex ſuper omnes eſt, & omnes iudica-
bit, vt patet, infra de pœniten. cum ex eo.§.j.verſicu. quoniam,
4 vt ait Apoſtolus.[Reum] † a reatu, id eſt culpabilem. de tali
dicitur non ſtatim, qui accuſatur reus eſt, ſed qui conuinci-
tur criminoſus. xv. quęſtion. fina. cap. finali. Alias dicitur reus
non a reatu, ſed a re omnis, ſcilicet, a quo quid petitur ſupra
de verbor. ſignificatio.forus. §. in omni. verſicu. reus.[Iniuſte
iudex.]humanus & malus, nec enim eſt iudex, ſupple bonus,
ſi non eſt in eo iuſtitia. ſupra de verbor.ſignificatione. forus.§.
5 in omni. verſicu.iudex. & ſequen.[Condemnat] quia † iudex
ęternus non erat, nec errorem humani iudicis approbat, vt
patet ſupra de ſenten. excommunicatio. a nobis. ij. §.j. & ideo
plerunque homo in mundo iſto iudicatus, ab inferiori iudice
accipit ſententiam, a ſuperiore vero coronam. xj. quęſtion.iij.
& ſi ad tempus.[Propheta]Dauid. nec damnabit, ſcilicet do-
minus noſter Ieſus Chriſtus.[Eum cum iudicabitur illi] ideſt
contra illum, vel cum iudicium fiet de illo, & ſunt eadem ver-
ba. xxiiij. quæſtion.iij. non in perpetuum.[Caueant]ideſt ante
tempus prouideant.[Eccleſiaſtici.] non ergo ligant ſeculares,
quia nec pœna infra poſita ipſos tenere poſſet, cum officio
ordinis careant.[Iudices.]ordinarij, ſiue delegati quicunque
ſint illi, ex quo ad ipſos pertinet iudicare, vel aliquid in iudi-
cio agere, exceptis epiſcopis & ſuperioribus, vt notatur infra
eo. §. ſi quis autem.[Prudenter.]in proferendo, vel conſide-
rando tempus præſens, & præteritum, & futurum. Seneca.
6 Si vero prudens es † animus tuus tribus diſpenſetur tempori-
bus, præſentia ordina, futura prouide, vel præcaue, præterita
recordare.l.di.ponderet.nam exempla præſentia cauere nos prę
monent in futurum. 82.diſtinct. plurimos. ante fi.[Vt in cauſa-
rum



rum.]verſic.[Proceſſibus.]quibuscunque. ſupra de proba. quo-
niam contra falſam.[Nihil.]verſic.[Odium.]priuatum. ſupra
6 de teſti. quoties. §. vnico. ideo † inimicus non debet eſſe te-
ſtis,alias iudex.iij.quæſtio. v. quia ſuſpecti, ita enim impedit ani-
mum, ne poſſit cernere vtrum & ideo peruertit iudicium. xj.
7 q.iij.ira.[Vel fauor.]ſecundum quod † peruertit iudicium.xj.quę
ſtio.iij.quicunque.[Timor.]verſicu.& hoc eſt tertium peruertens
iudicium.xj.q.iij.quiſquis.[Exulet]ſi.ſupra in prohæmio.ver. ſed
effrenata.[Præmium.]verſi.[Vel]alias aut.& eſt hoc quartum iu
dicium peruertens.xj.q. iij. non licet.ſ̃.de vita & honeſtate cleri-
co.cum ab omni.[Expectatio.]conuentionalis,vel tanta,quæ ip
ſum iudicem nouerit ad male iudicandum.ſic. xj.q.iij.qui recte.
Hæc enim quatuor ſupradicta, & teſtes, & iudicem corumpere
conſueuerunt.xj.q.iij.quatuor. & §.ſi ergo.& de teſtibus.quoties
& ca.licet ex quadam.§.fi.verſicu. j. Sed & ſecundum Hugonem
cardi.adde quintũ, ſcilicet ignorantiam ſupra de tempo. ordina.
vel non eſt compos.Et ſextum, ſcilicet negligentiam, ſupra de
homicidio.extra pro humani.§.j. vbi de hoc.[Sed ſtateram.]qui
8 † enim recte iudicat,ſtateram in manu portat,nũc rigorem exer
cens, nũc miſericordiam temperans xlv.di. omnis qui.& ca.diſ
ciplina.& c.ſunt nãque.ita magnum,vt paruum,ex quo diffinire
pronunciat iudicans, nec declinãs ad dexteram,vel ad ſiniſtram.
ſupra de iudi.nouit.§.j.ver.cęterum. licet in coertionibus facien
dis dignitatibus, deferendum ſi.ſupra de offi.de lega.ſane quia.&
ca.paſtoralis.& ſic intellige. ſupra de iudi.nouit.§.j.ver.ſed forſan
vnde dominus Bertrandus epiſcopus Graſſenen.non in perſonis
accepetio iuris habetur, verum deferri ſibi quis virtute meretur.
[Lances] verſi.[æquo]. i.iuſto pondere, ſiue iudicio in toto pro
ceſſu per ipſum habito,ſic ſeruato. [Vt in omnibus] ver.[Agen-
da.]in principio, medio,& fine.ff.ſi quis ius dicen. non obtemp.
l.j.ſupra de offi.de lega.ſuper quęſtionum.§.intentionis.[Præſer-
tim]ver.maxime.[Cõcipiẽdis].j.dictãdis quo ad informationẽ
mi.& ſcribendis oĩbus,quæ corã ipſo,ſiue ĩ ipso iudicio acta ſunt
diligenter cõſideratis.ſupra de teſti.in noſtra.ff.de teſti.curent.ſ̃.de
renuncia.in præſentia.[Ferendus.]quo ad probationem.[Solum.
9 Deum.[a quo,ſicut iudicabunt, † & ipſi iudicabũtur C. de iudi.
rem non nouam.[Illius].ſ.Moyſi.[Eius] ſcilicet domini Dei.[Iu
dicare.]ſic.xj.q.iij.ſummopere.¶ Si quis autem] ii.pars.[Ordina-
rius.] exceptis epiſcopis & ſuperioribus, qui & ſi circa hæc deli-
querint,peccat tanquam maiores grauius, quam alij, ſupra de
tranſla.epiſco.inter corporalia.§.fi.& ix.q.iij.aliorum. tamen pœ-
nam ſuſpenſionis, de qua hic ſequitur,non incurrunt.vt ĩ.de ſen
ten.excommunica.extra.periculoſum.[Prodigus.] ſic.infra de ac
cuſationibus.ca. prælatorum.& ideo crudelis eſt.xij. q. j. nolo. Et
10 hæc eſt prima pęna,quam † incurrit is, qui taliter profert ſentẽtiã,
ſiue inique procedit ex certa ſcientia.C.de pe.iudi.qui male.iudi-
ca.l.fi.[Perſecutor.]ſecunda pęna,quia indignum ſe reddit,hono
re,quo fungitur,vnde & tales ſunt priuandi cingulo, & alias pœ-
nas multiplices patiuntur,in Authen.vt iudi. ſine quoquo ſuffra.
§.ſic igitur.& §.neceſſitatem.& §.ſi quis autem. colla.ii.& vt liti-
gan. iurent.§.ſi quis autem & §.hoc quoque.coll.9.[Contra con
ſcientiam] verſi.q.d.non patitur hanc pęnam, & ſi contra con-
ſcientiam iudicet,dumtamen ſecundum iuſtitiam,nec enim de
bet ſequi conſcientiam humanam, ſed iudicialem, quam debet
11 ex allegatis,& probatis,& ſcriptis iuribus informare, † & ſic ſecũ-
dum conſcientiam iuris iudicare, ſic intellige.ff.de arbi. quid ta
men.§.dicere.alias eſt. l. & incipit qualẽ.in Authen.iuſiuran. qđ
præſta.ab his.ver.& equus.col.iij.& de hoc no.ſ̃.de ꝯſti.c.j.ſup ver
bo,ſuo ſenſu.& de poſtula.præla. bonę.j.[Grauamẽ.] hoc eſt ter-
tium,quod requiritur ad hoc, vt pęna ſequens inflicta intelligi-
tur,quia iam duo præmiſit.[Alterius.]Caueat ergo, ne etiã in
12 arbitrarijs † nimis fauẽs parti alteri exiſtat,& alteri grauoſus.ar.in
his quæ.no.ſ̃.de offi.dele.conſul uit.[In iudicio.]Nunquid idẽ
in arbitrio? Non puto.ar.de pęni.diſt.j.pœnę. ff. de pœnis. ſi præ-
ſes.& l.interpretatione. hoc ſi ſit arbiter compromiſſarius, ſecus
ſi ſuccedit in loco delegati,vel ordinarij,vt no.infra de appe.extra.
cordi.ſuper verbo,fauorem.Et idem,ſi omittat,quod facere debe
ret,vt ibi not.[Fecerit] ſcilicet iudex Quid de auditore, vel mero
executore? Nec in his hanc literam puto locum habere. ſupra de
of.deleg. ſuper quęſtionum. §.j. & verum [Per gratiam.] hoc eſt
quartum, quod requiritur ad hoc, vt pœna ſequens locum ha-
13 beat,vt ſcilicet per gratiam † vel ſordes.i.prece, vel pretio,timore,
vel odio, iudex corruptus ſit vt ff.de iudi.l.ſi filius.C.de pęna iud.
qui male iudi.l.fi.& ideo de his quatuor facit ſuperius mentionẽ
[Ab executione]ver.& eſt hęc.tertia pœna.[Officii.]ſcilicet diui
14 ni & eccleſiaſtici.Quid ergo de beneficio † nunquid percipit ip-
ſum interim? Si ratione officij competat, videtur, ꝙ non.arg.ſ̃.
de cleri.coniugatis.diuerſis.& ca.Ioannes. ſupra de pręben.cum
ſecundum.ſupra de ęta.& qualita.ca.j.& c.cum bonę.ſupra de ap
pella.ca.paſtoralis.Sed cõtrarium eſt tenendum in caſu iſto,quia
pœnę non ſunt exaſperandę, & ſi hoc voluiſſet, bene dixiſſet
dominus papa.ar.ſupra de deci.ad audientiam. Alia eſt enim ſu-
ſpenſio beneficij, alia officij, nec vna includit reliquam,vt patet
hic,& ſupra de elec.extra.ſtatuimus.§.qui vero.& alia ad ingreſ-
ſum eccleſię.infra de ſenten.excommunica.cum medicinalis.§.
qui vero.hoc vbi a canone lata eſt ſnĩa. Si vero ab hoĩe,tũc forſã
prima iura locũ hñt.ar.ſ̃.e.aplicę. vbi de hoc.ſm hoc ĩtellige,qđ
no.in Sũma.de ver.ſig.§.fi.verſi.j.& ſequẽ.[Ad eſtimationẽ litis.]
15 Hæc eſt.iiij.pœna.† nam talis facit litem ſuam, & ideo intantũ
debet condemnari parti læſæ,quantum petebatur,vel eius veram
æſtimationem. ff.de iudi.l.ſi filius.C.de pe.iudi. qui male iudica.l.
fi.¶ Sciturus]iii.pars. ſcilicet iudex ſuſpenſus ab officio vt ſupra.
[Durte]ſcilicet infra prędictum annum ccclxvj. dierum,ſi in an
num incidat biſſextilem. arg.ff.de mino.l.j.§.minorem. & ff.de
verbo.ſignifi. cum biſſextus. licet aliqui dicant contra argu. ff.de
ſtatuliber.l.iiij.§.Stichus.ſed certè hoc fauorabile eſt, vt quando
de dubio animæ quæritur, quod ei tutius eſt,æſtimemus,vt infra
de ſponſa.iuuenis.& cenſura eccleſiaſtica fauorabilis eſt,quia me
dicinalis.ĩ.de ſenten.excommunica.cum medicinalis.ij. q.j.mul
ti.xxiiij.quæſtio. iij.corripiantur. cuius nomine ſuſpenſio conti-
netur. ſ̃.de uerbo. ſignifica.quærenti. & hac ratione conſiderata
fit lata interpretatio in excommunicatione. ſ̃.de ſenten.excom-
munica.ſi quem & in dubio eſt pro ipſa interpretatio. ſ̃de cleri.
excommuni.mi.illud.§.licet.ſ̃.de ſenten.excommu.ſi vero. ij.&
c.cum deſideres. §.ſedem. & tamen non eſt maior pœna in ec-
cleſia Dei.xxiiii.quæſtio.iij.corripiantur. & ſic intellige quod no.
16 ſupra ſuper verbo, iudicum. & ſequen. Nec † vnam ſpeciem ad
aliam extendimus, vt no.ſupra ſuper verbo,officii. Et eſt ratio:
quia ſententia inter alia,& inter alias perſonas,& in alio iudicio,
& alio modo lata &c. vt ſupra de fide inſtrumen. inter dilectos.
§ inſtrumentum.verſi.porro.& ſequen.& ſupra de offi. ordi.dile-
ctus. §. penul.[Ingeſſerit]ideſt ſe immiſcuerit voluntarie, ſicut
prius.ſic.ſ̃.de cleric.excommunica.mini.illud.§.illud.[Diuinis.]
ſcilicet officiis, & non dicit beneficiis.[Irregularitatis.]ſic.infra
de ſenten.excommunica.cum medicinalis.§. fi.[Inuoluet.]alias
inuoluit, ſi in officio ſuo ideſt ordine dicat etiam matutinum,
vel veſperam ſolenniter in eccleſia, ſicut ante. xj. quæſtio. iij.ſi
quis epiſcopo in concilio. Nec habet in hoc caſu locum moni-
tio,de qua no.ſ̃.de cleri.excõmunica.mi.clerici autem.[A qua].
verſi.ſcilicet irregularitate, vel a quo ſcilicet laqueo.[Per ſum-
mum]quia iſte eſt de caſibus ſibi ſpecialiter reſeruatis. ſupra dę
ſenten.excommunica.cum illorum. xj. quæſtio.iij.ſi quis epiſco-
pus damnatus. & ſequen.& ſic ſeruat curia de corpore vitiatis,
& illegitime natis,& pœnitentibus, & bigamis.ſecundum.do.n.
ſupra de corpore vitia.ca.j.ſupra de bigamis.c.i.& ij.& iij.l.diſtin.
qui in aliquo. Sunt & alii plures caſus, quos no.ſupra de officio
lega.officii.[Saluis.]verſi.[Aliis.]de quibus not.primam, ſupra
eo.ſuper verbo, prodigus.ſecundam.ſuper verbo,perſecutor.ter-
tiam ſuper verbo,ab executione. quartam ſuper verbo, ad æſti-
17 mationem.Eſt & quinta],quia † damnatur inquantum bonum
& æquum videtur iudicanti. ff.de variis & extraordi.cogni.l.fi.&
Inſtitu.de obliga.quæ ex male.naſcun.reſpon.j. Nec obſtat in Au
then.de iudi.§.quia vero.col.vj.Ex quo elicitur authen. C. de ar-
bi.decreuimus.quia quòd dicit, nihil eis erat aliud præter ſacra-
mentum,hoc eſt dictu,nihil habebunt vltra,niſi quia pars inobe
diens poterit appellare periura, alias litera habet ei ideſt arbitro.
[Conſtitutionibus, quas & volumus vires ſuas habere.[Iudican-
tibus.]in foro contentioſo & iudiciali, & aliis etiam de ſenten-
tia excommunicationis loquentibus, quæ etiam multæ ſunt, vt.
notatur.ĩ.de ſenten.excommunica.cum medicinalis[infligunt]
Sed hoc quomodo, nec enim quis debet ex vno & eodem deli-
cto pluries puniri.ff.nau.caupo.ſtabula.licet.§.fi.ff.de reg. iur.bo
na fides. ſupra de offic. lega. licet Reſpondeo hoc in iſto ca-
ſu locum habere volumus ſpecialem, nec mireris.[Dignum eſt
enim]&c. verſi.[In tot ſcilicet contra Deum, contra iuſtitiam,
contra officii debitum, contra conſcientiam, contra naturam
humanam, quia procedit contra proximum & corrumpitur.
[Præſumit.]quia nec Deum,nec homines reueretur.[Pęna mul
tiplici.]ſic ergo declaratur hic, quod apud dominos legum du-
bitabatur,& in quo multipliciter diſſentiebant, vt not. in l.ſupe.
nam quicquid ſcripſerint omnes pœnæ locum habent, quia &
18 qui † in pluribus delinquit, & plures offendit, eſt grauius pu-
niendus. infra de appella. extra. cordi.in fi. xiii.diſtinc.duo ma-
la.xciiii.diſtinc. ſi quis autem legationem. iiij.diſtinc.factæ ſunt.
ſupra de celebra.miſſa. de homine.ſ̃.de vita & honeſta. clerico.vt
clericorum.

¶ De Appellationibus. Rubrica

*SVMMARIVM.*

1 *Appellatio quandoque fit extra iudicium a iudice.*
*Appellatio an debet fieri cum cauſa etiam ab interlocutoria & nu. 3. & 4.
& 41.*
5 *Appellatio in ſcriptis fienda eſt, & an quæ libet ſcriptura ſufficiat. nu-
mer.6.*

*7 Appellans ſi dum ſcribit appellationem epiſcopus ſcribit excommunicationem & primo proferatur, an valeat appellatio, vel excommunicatio. Et quid ſi libellus primo appellauerit. nu. 8.*
*9 Præpoſitio de, auget*
*10 Apoſtoli qui, & vnde dicantur.*
*11 Literæ dimiſſoriæ quæ, & vnde dicuntur.*
*12 Apoſtoli infra quod tempus peti debent. & nu. 15.*
*13 Apoſtolorum ſcriptura quid continere debeat.*
*14 Appellationum quot ſunt ſpecies.*
*16 Apoſtoli ſi fuerunt petiti debent a iudice exhiberi, etiam ſi non fuit admiſſa appellatio.*
*17 Apoſtolorum quot ſunt genera. & nu. 18.*
*19 Iudex poteſt grauamen reuocare, antequam concedat apoſtolos, ſed poſt non poteſt, cum dimiſerit partes a manu ſua.*
*20 Appellans pars, & appellata debet venire inſtructa in cauſa appellationis, ſecus in principali.*
*21 Appellatus trahitur ad iudicium, & non trahit.*
*22 Iudex ex officio poteſt compellere partes ad proſequendam appellationem.*
*23 Procurator appellationis an ſit ſufficiens in cauſa ex vi primi mandati. Et ſi non vult procedere nunquid eſt cogendus. nu. 24.*
*25 Procurator reuocari poteſt pro libito ante litem conteſta.*
*26 Procuratorium mandatum finitur ſi dominus moritur ante litem conteſta, ſecus ſi poſt, quia tunc tenetur procurator procedere vſque ad finem cauſæ cũ ſit effectus dominus litis.*
*27 Procurator reuocari poteſt poſt litem conteſtatam ex iuſta cauſa. Et quid in cauſa reconuentionis nu. 28. & 29.*
*30 Procurator in quibus caſibus non cogitur reum defendere, nec contra eum committitur ſtipulatio.*
*31 Procurator ſi non conſenſit, nec ſuſcepit mandatum, et dominus ſatisdedit non cogitur reſpondere, nec in eum committitur ſtipulatio.*
*32 Procurator tacite conſentire videtur, ſi præſens in conſtituendo non contradicit.*
*33 Procurator ſemper tenetur finire mandatum vere ſuſceptum. & nu. 35. Quod fallit. nu. 34. & 36.*
*37 Procurator quomodo dicitur præciſe cogi ad defendendum.*
*38 Licet dominus quando punitur ſi ſciens non purgauerit contumaciam procuratoris. & nu. 39.*
*40 Appellans ſi non fuerit proſecutus appellationem infra terminum aſſignatum rata manet ſententia.*
*41 Iudex ad quem appellatione delata a iudice a quo, poteſt procedere in appellatione appellante inſtante.*
*43 Appellatio ante diffinitiuam ad hoc vt valeat, quæ requiruntur.*
*44 Contumax ſemper debet condemnari in expenſis.*
*45 Deluſio non approbatur a iure.*

## CAP. PRIMVM.

COrdi. Lites dirimantur & ſubditi a laboribus releuentur ab appellationibus ad ſedem apoſtolicam in iudicio, vel extra circa diffinitiuam ſententiam, appellationes, & cauſæ in ſcriptis porrigantur, apoſtoli continentes cauſam eandem, vel quare non ſit delatum, vel etiam ſi non eſſet deferendum, quare hoc factum eſt, petantur, & exhibeantur appellatoribus ad appellationes proſequendas, tempora congrua moderentur, & ſi appellati hoc petierint, partes per ſe, vel per procuratores ſufficientes tam ſuper cauſa appellationis, quam principali ad ſedem apoſtolicam accedere teneantur, per hæc autem iura tractantia de appellationibus faciendis a diffinitiuis ſentẽtiis minime eneruentur, vel in aliquo diminuantur. Si appellatores prædicta non ſeruauerint appellatio nulla ſit, & in expenſis legitimis condemnetur. Quòd ſi appellati hæc contempſerint, tam in expenſis, quam in aliis pœnas contumacium patiantur. Aequum eſt enim, vt in eos inſurgant iura, a quibus nedum partes, ſed etiam iudices eluduntur, nobis eſt omnia cæpta ad effectum perducere. C. de emenda. no. co. & eius ſecun. edi. l. vnica. in princip. [Minuere]. ſupra de reſcrip. nonnulli. §. cum autem. hoc enim boni prætoris eſt. ff. ſi cert. pet. quidam. ſupra de offi. de lega. extra officii. vbi de hoc. ¶[Sancimus igitur]. ij. pars. [In iudicio. [ex quo quis eſt citatus. ſupra de fo. compe. ca. penul. & ſupra de offic. delega. gratum. & ca. licet. [Vel extra.] hoc intelligi de-
1 bet, quando † iudicium a iudice appellatur, quod patet per id,
quod ſequitur infra de aſſignatione termini. & de apoſtolis. quia.
ipſos non daret, niſi iudex eſſet ſecundum. do. no. Tu dic, vt infra.
no. Quid ſi ipſe iudex appelletur? Dicamus adhuc ſeruari debere hanc conſtitutionem, quamuis extra ius fiat. ſupra eo. de priore. & cap. cum ſit Romana. §. ſi vero a grauamine. [Inter-
2 locutoria.] hoc nouum ius eſt, vt † quis in interlocutoria teneatur exprimere cauſam. olim enim ſufficiabat ab interlocutoria appellare, & ſi cauſa expreſſa non eſſet. ſupra de elec. cum dilecti. §. fi. & de teſti. cap. ſignificauerunt. §. mandamus. quod etiam quo ad diffinitiuam non mutatur, vt not. infra eo.
§. is qui. habebit autem locum hæc appellatio, niſi forſan iudex hanc interlocutoriam reuocauerit, ſupra eo. cum ceſſante. quæ reuocatio quandocunque, antequam apoſtoli traditi ſint, fieri poterit, vt not. infra [Vel grauamine.] alias ſequitur hic aliquo,
3 nec enim aliter † valet appellatio, niſi fiat ex aliqua cauſa rationabili, ex quo quis in iudicium vocatus eſt, quod nec nouum eſt, immo & idem volunt antiqua iura, ſupra e. cum in eccleſia, vt debitus. dilecto. interpoſita. [Ad nos] Sic not. quòd hæc conſtitutio locum non habet, niſi in appellationibus ad ſedem apoſtolicam factis, quod verum eſt, quo ad quędam. vt infra no. ſuper verbo, in ſcriptis. [Appellandũ.] verbo, nã ipſo facto poteſt fieri appellatio. quod non puto hic corrigi ſupra eo. meminimus. ſuggeſtũ. ad hæc. ſicut aſſeris. [Cauſam appellationis.] hoc cõmune
4 eſt omnibus, quia † non valet appellatio, niſi ex cauſa facta, vt no. s̃. ſuper verbo, vel grauamine. Et patet. j̃. Romana. §. ſi vero. & ſeq.
5 [In ſcriptis] nouũ ius † eſt & ſpãle in appellationibus ad ſedẽ apoſtolicam factis, vt hic, alias ſufficit, qualitercunque fiat fides de iuſta cauſa. j̃. e. Romana. s̃. de fo. comp. extra. Romana. §. j. Alij hoc intelligunt generaliter, pro quibus facit ſupra de proba. quoniã contra falsam. Et licet iſte intellectus expediẽs ſit, nõ tamẽ adeo aſtringit, ꝙ ad non ſeruantem alias ſcribentem pœnã huius cõſtitutionis extendam, nec priuilegium. s̃. de his quæ fi. a ma. par. ca. quæſiuit. s̃. de priuileg. ſane. ſupra de offi. lega. ꝙ tranſlationem. Et ideo quicquid alij gloſſent in his, quæ de nouo inducit, hæc conſtitutio, non credo, ꝙ aſtringatur aliquis, niſi ad ſedem apoſtolicam fuerit appellatum, vt patet ſupra, ibi ad nos. & s̃. eo. §. proxi. ibi, vt ſi nobis viſum fuerit. Nec obſtat ca. quoniam cõtra falſam: quia & ſi in ſcriptis redactum nõ fuerit, nihilominus fides poterit fieri per alia documenta, vt ibi patet, in fi. ſecundum hoc intellige, & determina quod no. in Summa. e. ti. §. qualiter. Sed nun-
6 quid quælibet † ſcriptura ſufficit? Sic, ſecundum do. no. & ſic tenet conſuetudo curiæ: attamen ſecundum hoc non ſatisfit menti, q̃ intendit variationem & contradictionẽ vitare, & ideo tutius eſt, vt habeatur tabellio, vel ſigillũ authenticum, ſi haberi poteſt. argumen. ſupra de fi. inſtru. ca. ij. & infra de ſenten. excom. extra. cum medicinalis. §. ad exemplum. Sed quid, ſi dum ſubditus ſcri-
nis.vii.q.j.factus eſt.[Et in ſupradictis.] verſi. [Literis] executorijs
priori pro.D.directis.[Quicquid ſuper huiuſmodi præbenda]&c.
Verum eſt vacante,& quam. D. acceptaret,& non aliter , & hoc
non conſiderat allegator,& ideo eſt deceptus ſecundum. do. no.
[Collatio ]ver.[Epiſcopus]Carnoteñ.nunc: ſed quondam ſubde
canus.[Siue rem.] id eſt literam,ſic impetratam,alias idem,ſcili-
cet epiſcopus.[Per ſe,vel per alium ]expone.vt no.s̄.eo.§.j.ver.pro
pter quod.[Non valebat.]hoc poſſet tolerari, ſi ſententia , vel de-
cretum Papæ fuiſſet de certa præbenda,vel dignitate,ſed hic non
erat ita,nec Papa irritauit id,qđ dignitate vacãte fieret,niſi ipſam
primo acceptaret,vt no.s̄.ſuper verbo, quicquid ſuper huiuſmo-
di præbenda,& vt etiã ſequitur.j.ſequenti.§.¶Ex parte vero tua.]
id eſt domini Andreæ,cui loquitur,& hæc eſt quinta pars.[Repli
catum.]cõtra exceptiones.D.s̄.de exceptio. dilecti.s̄. de fide inſtr.
cum Ioannes.[Intelligi]optima,& vera eſt hæc reſponſio,& val-
15 de notabilis,ſic ſi ſeruo ſcribatur, † vt in libertatem moretur, nõ
videtur ſtatim data libertas,quouſque ad ſeruum literæ peruene-
rint.ff.de acquir.poſſ.qui abſenti.ſecundum.d.n.Sic & dicitur,ꝙ ſi
procuratori meo res tradatur ea mente , ꝙ mihi acquiratur, ſta-
tim acquiritur , dummodo tradens , vel recipiens hoc in mente
gerat,& ſic intelligitur ff.de dona.qui mihi.ff.de acquir.rer.dom.
ſi procuratorem.& l.per ſeruum.§.fi.C.ſi quis alteri vel ſibi.l.fina.
ſi autem neuter hoc in mente gerit,non acquiritur ff.de acquir.
rer.domi.res ex mandato.& ideo hic ſequitur.[Ex quorum.]ver.
[Tenore]&c.[Intentio.] cui ſtandum eſt,ex quo de ipſa conſtat.
s̄.de verbo.ſigni.intelligentia.& c.in his.& c.præterea. & c. nihil.
& ff.de legi.ſcire.ff.de lega.iii.non aliter.ff.de excuſa. tuto. ſcire o-
portet.§.aliud: græca eſt lex.[Vt pote.]verſic.[Alijs.] ſicut proba-
tum eſt.s̄.§.nec etiam.[Facultatem.] intelligunt quidam eſſe ve-
rum , vbi quis impetrat per ſe, vel per procuratorem ad hoc con-
ſtitutũ [Indulgentiam] hanc, ꝙ non poſſit excommunicari : qa
ex quo concurrunt voluntas concedentis indulgentiam & impe
trantis,ſtatim habeat efficaciam ſuam,& ſi hi etiam,qui in priui
legiatum ius habent, hoc ignorent , qui poſſunt eſſe plures. s̄. de
ſen.excom.offi.& graue eſſet ſingulorum auribus inculcare, arg.
s̄.de poſtula.præla.c.j.§.j.& apparet hoc de intentione conceden
tis,qui noluit,ꝙ talis ſententia valeret,& idem eſt, ſi diceret Papa
prohibemus omnibus,ne talem excommunicent ſecundum.d.
16 n.† Nam intentioni ſemper ſtandum eſt,ex quo de ipſa apparet
s̄.de verb.ſigni.intelligentia.in his.Et eſt hoc verum,quando pro
hibitio fit in fauorem abſentis,vt præmiſſum eſt ſecundum.d.n.
17 nam † & ignorantibus ex teſtamento acquiritur ff.de lega. ii. cũ
pater.§.ſurdo & muto.ff.de lega.i.cætera.in fi.& l.ſequenti.ff.quẽ-
admo.ſerui.amitta.ſi partem.ff. de pecul. ſi damnum. Quid ergo
18 † ſi prohibitio ſit in pœnam abſentis? Tunc ſatis dici poteſt,ꝙ nõ
habeat efficaciam,quouſque abſens fuerit certificatus,arg.s̄.de cõ
ſtitu.c.ij.s̄.de appel.ſuper eo.ii.in fi. lxxxii. diſt. propoſuiſti.niſi ex
genere prohibitionis appareret de contraria intentione Papæ vo
lentis,ꝙ ſtatim haberet effectum , ſicut quando inhibet , ne fiat
alienatio.s̄.de dolo & contumacia.veritatis.§.finali. Quid de his,
19 quæ fiunt in iudicio, ſicut † ſunt diffinitiuæ & interlocutoriæ &
excommunicationis ſententiæ? Statim habent ſuum effectum,
etiam ſi hoc ignorent hi, pro quibus , vel contra quos latæ ſunt.
ſecundum.d.n.de ſententia excommunicationis hoc verum eſt.
s̄.de appellationibus.cum ſit Romana.in fine.Sed caueat ſibi pro
ferens de pœnis notatis. j̄.de ſententia excommunicationis.cum
medicinalis. In alijs autem ſententiis hoc verum eſt, ſi abſens ſit
**contumax, alias contra. C. quomodo & quando iud. ea quæ. ff.**
quæ ſen.ſine ap.reſcin.l.j.§.item cum ex edicto.iii.q.ix.alias. ix.q.
20 iii. per totum. Quid ſi Papa non † ad requiſitionem priuilegiati,
ſed proprio motu,vel ad inſtantiam alterius quempiam , ſic pri-
uilegiauerit,ꝙ a nullo excommunicari poſſit? Non habet ſuum
effectum indulgentia talis , quouſque de ipſa notitia habeatur,
niſi appareat de euidenti intentione contraria concedentis. ii. q.
iiii.quanto. ff. de acquirenda poſſeſſione. qui abſenti.& idem eſt
in reuocatione indulgentiæ,vt non noceat,quouſque is,cui con-
ceſſa erat,fuerit certificatus argu.ff.de procuratoribus.ſi procura-
torem.ff.de inſti.ac.ſed & ſi pupillus.§.de quo palam.ff. manda.ſi
mandaſſem.& l.ſi pręcedente. s̄. de procuratoribus. non iniuſte.
Imo & plus eſt in mandato : quia & ſi a pręſente procuratore
reuocetur mandatum,non paratur pręiudicium abſentibus, niſi
& ipſi certificentur,vt dicta. l. ſi procuratorem. Ignoranti autem
procuratori non obeſt,quin poſſit agere de his, quæ expendit re-
uocationem ignorans.Sed excommunicatus in abſentia non te-
netur de inobedientia.ſi non geſſit ſe pro excommunicato. s̄.de
21 cleri. excommunica. mini. apoſtolicę. Sed nunquid tenet † ex-
communicationis ſententia lata ab illo, cui reſtituta eſt poteſtas
excommunicandi contra priuilegiatum abſentem, & inſcium?
Sic,dummodo promulgans certificetur de reuocatione, nam &
eo,cui conceſſa eſt indulgentia, ignorante poteſt fieri reuocatio,
& ex quo facta eſt,non poteſt vti indulgentia is,cui conceſſa erat
ex quo apparet de reuocantis intentionem.ff.de manu.vin. ſi pa-
22 ter filio.Quid de literis † contentioſis,puta impetrauit contra te,
& proceſſit,tu impetras reuocationem literę faciẽdo expreſſam
mentionem de prima,nunquid valent illa,quę fiunt interim per
primos iudices,quouſque fuerint certificati? Sic,s̄.de reſtitutione
ſpoliatorum.audita. Nec enim cogeris vti reuocatoria , niſi velis,
cum in fauorem tuum fuerit impetrata,argu.C.de legi.quod fa-
uore.ff.de exceptione rei iudicatę.euidenter.nec ego teneor diui-
nare s̄.vt eccle.benefi.vt noſtrum.quod verum eſt.ſecundum do
minum noſtrum. Si tu pręſens es,& vides primos iudices proce-
dere,& taces: quia ſic videris iuri tuo renuntiare , argumen. s̄. de
ſententia & re iudicata.inter monaſterium.ſi autem abſens eſſes
& ignorares,non pręiudicaret tibi.Nec obſtat,ſi dicas primos iu
dices habere iuriſdictionem , & ſic tenere , quod faciunt : quia
illud verum eſſet, ſi non fuiſſet iuriſdictio reuocata. Alij di-
cunt , ꝙ tenet , niſi , quando primum ad te peruenerit , infra
decem dies ſtudueris appellare: hanc amplector. C. quomodo &
quando iud.l.iii s̄. de officio delega. quoniam abbas . alias cum
23 olim.Quid de his quæ fiunt extra iudicium,vt in literis †præben-
dalibus mandatur primis,ꝙ prouideant , mandatur ſecundis , ꝙ
aliis prouideant non obſtantibus primis literis . Hic dicunt qui-
dam,ꝙ quamuis non tollatur poteſtas primorum, niſi prius cer-
tificentur per ſecundos,vt hic,dicit tamen ex quo nouerint,ꝙ ſe
cundus vult vti ſuis literis,non valet,quod fit a primis,nec impe-
ditur proceſſus ſecundorum,per proceſſum primorum,etiam ſi
non appelletur ab eis , quia appellatio extra iudicium facta pa-
rum operatur ſecundum dominum noſtrum. & de hoc not.ſe-
cundum ipſum.s̄.de maiorit.& obedientia . dilecti . & facit pro
his,quia nec refert,a quo fiat denuntiatio.ff.de petitione hæredi-
tatis.l.item veniunt.§.a quo.& s̄.de reſcrip.cum contingat.reſpõ
ſo.j.vbi de hoc. Alij ſecundum dominum noſtrum videntur for-
24 te melius dicere,ſcilicet † ꝙ id , quod fit a primis iudicibus,tenet
mero iure,ſed ſi priuilegiatus petat hoc debere reuocari, quia vo
lebat vti priuilegio,in negotio de quo agitur, & hoc feciſſet,ſi ſci
uiſſet,credendum eſt ei,cum non ſit pręſumendum, ꝙ fruſtra la
borauerit pro priuilegio obtinendo , niſi ex aliqua cauſa præſu-
matur cõtra ipſum,puta,quia probatur,ꝙ ſciuit proceſſum prio
rum iudicum,& potuit contradicere,& non contradicit.argumẽ
tum.s̄.de exceptionibus.exceptionem. s̄.de conſtit. cum.M.Fer-
rarienſis.§.j.nec proteſtatus fuit , vt ibi, etiam ſi immineret peri-
culum.s̄.de appellationibus.ſi iuſtus.vel ſi non poterat habere co
piam iudicum.s̄.de officio ordinarij . paſtoralis §.fi.Hæc locum
habent,quando ſimul concurrunt conſenſus priuilegiãtis, & pri
uilegiati ante proceſſum iudicum.Quid ergo, ſi non concurrant
ſimul? Tenet id,quod fit a prioribus irreuocabiliter, vt hic ſequi
25 tur.His tamen † videtur contradicere ſequẽs litera,quæ innuit, ꝙ
ſemper valeat proceſſus priorum iudicum,quouſque ſecundi eis
notificauerint,ne procedant.Sed illud locum habet,quando vo-
luntas concedentis non fuit talis, ꝙ vellet primos priuare ſtatim
ſua poteſtate , ſed tunc demum,cum eis eſſet inhibitum , vt dicit
ipſa litera.& idem videtur dicendum , etiam ſi in ſecundis literis
dicat,reuocamus iuriſdictionem talium priorum iudicum:quia
cum in fauorem ſecundi impetrantis hoc dictum fuerit, intelli-
gi debet,ꝙ effectum habeat, ſi ſecundo impetrans vti voluerit ſe-
cundis literis taliter impetratis . Verum ſi Papa non ad alicuius
impetrationem,ſed motu proprio reuocationem feciſſet , tunc
ſtatim reuocatio ſuum effectum haberet,ex quo apparet reuoca
tionem veniſſe ad notitiam reuocati, niſi conſtaret de contraria
voluntate reuocantis, Sed dices ei,quare non eſt idem in decre-
**to,nam nihil valet,quod poſt primum decretum ſit,vt hæc litera**
**probat?**



**probat? Reſpon. quia decretum , ſicut & ſententia** habet fieri
cum cauſæ cognitione, quia ſufficit , quòd Papa intendit , quòd
decretum ſuum habeat vim decreti ſententiati , & cum cauſæ
cognitione facti , & idem etiam eſſet in alio, quam in Papa :
nam ex quo hoc verbo vtitur, ſtatim ſuam indicat volunta-
tem. argumentum. ſupra de verborum ſignificatio. in his. vn-
de perinde eſt , ac ſi diceret Papa . voluntatis meæ eſt , quòd ex
nunc non valeat electio facta ab illis , a quibus reuoco , & reuo-
care poſſum, vt dicit hæc litera ſecundum dominum noſtrum.
Hanc tamen reuocationem non intelligas , quòd alius poſſet
26 facere quam Papa. Quid ? ſi dicat iubemus, ne eligant ? Intelligi
debet ex quo ad ipſos inhibitos inhibitio peruenerit. Immo & ſi
ſciant literas impetratas continentes reuocationem , vel inhibi-
tionem adhuc valet, quod ab eis fit,niſi prius certificentur,ꝙ de
beneficio,de quo agitur,intendit inhibens aliis prouidere,vel ni-
ſi,quod contra factum fuerit,decernatur irritum,& inane. Vide-
tur tamen his obſtare hæc litera,quando dicit,niſi forſan, ꝙ ipsã
conferre non poſſit,exprimatur in conceſſione huiusmodi pote
ſtatis.Ex his enim verbis colligitur,ꝙ ex quo Papa dicit ꝙ prim'
non poſſit conferre , non tenet poſtea ſua collatio facta , & ſic
multo magis videtur , ꝙ non debeat tenere , vbi poteſtas prioris
expreſſe reuocatur.Sol.non dicit hic expreſſe, ꝙ prædicta clauſu
la impediat,ꝙ non teneat prouiſio primi prouiſoris, ſi ſecundus
non contradicit,quia hoc nõ eſt verum,vt s̄.dictum eſt . Sed hic
dicit,ꝙ prędicta clauſula operatur, vt oſtendat intentionẽ conce
dentis huius eſſe voluntatis,ꝙ ſtatim a die conceſſionis etiam an
te ſententiam, alias ſcientiam,non valeat collatio primi,ſi tamẽ
ſecundus vti voluerit litera ſic obtenta , & bene credit dominus
noſter,ꝙ clauſulę ſuperiores eundem effectum habeant.Nec mi
reris, ꝙ dixi prouiſionem priorum tenere,ſed ſecundo impetrãs
ipſam faciet caſſari , ſi vult, & ſi non vult, rata manebit,nam &
alias hoc contingit.s̄.de elec. ꝙ ſicut.§.ſi autem. ſecundum do-
minum noſtrum . Ex ſupradictis recolligere poterit quicunque
iuriſperitus,& intelligens plures ſubtilitates pernitioſas,quam vti
litates,cum tamen iuri canonico contrarium ſit innatum. s̄. de
iud.dilecti.& de dolo & contuma.c.j.& ideo dic,vt no.s̄.de pręb.
dilectus.ij [Non ſic]ver.[Siue certam]ſcilicet primam,quę vaca
uerit[Siue incertam] id eſt illam , quam acceptauerit , vt hic fuit
quo ad literas.D. [Poteſtas]Hic nempe nõ aſtringit poteſtas hoc
ignorantes , quia non extenditur ad hoc intentio concedentis.
[Non enim]&c.verſic.[Adimatur] immo poteſt ipſam confer-
re,ſicut ante[Niſi prius]ver.[Sibi]ad quem pertinet collatio,ſiue
donatio.[Notificet.] ſcilicet delegatus,vel executor. Et eſt hic pri
mus caſus,in quo ordinarius aſtringitur conferre illi, pro quo ei
data eſt hæc poteſtas.[Aut ei.]ver.[Interdicat.]quòd non cõferat
alij.Et eſt iſte ſecundus caſus,in quo ordinarius aſtringitur. [Vel
poſtquàm.]ver.Tertius caſus,in quo ordinarius aſtringitur. [De-
cernat.]Et eſt hic expreſſum,ꝙ executor poteſt ſuſpendere ordi-
narium a collatione beneficij.ſecundum.d.n.Sed hoc intelligas,
quando hæc clauſula appoſita eſt in reſcripto decernentes irritũ
& inane&c.s̄.de pręben.inter cętera. Alij vero intelligunt,hoc ge
neraliter.[Quia cum illi.]ver.Optima ratio ſecundum. d. n. [Si-
militer.]ver [Vel etiam conferat.]Et hic nota, ꝙ ſi executor pri-
27 mo conferat,quam his,† ad quem ſpectat de iure communi col
latio,valet collatio executoris, & ſi ordinarius hoc ignoret. [Va-
cet.]quia ſi non vacat,nullo modo conferri poteſt ex forma talis
mandati.s̄.eo.titu.propoſui.[Niſi.]ver.[Non poſſit] is , ad quem
iure communi pertinet collatio. [Exprimatur] iuncta clauſula
decernentes &c.[Tunc enim.]verſi.[Conceſſionem] executoris
factam ſuper certa præbenda.[Ignoret]ordinarius.Et ſic ignorãs
conferat,vt ſequitur.[Nihil valet]propter vim clauſulæ ſuprapo
ſitæ.[Cum ſatis ſuper hoc.]verſi.[Agnoſcatur.]cui ſtandum eſt,
vt no.s̄.nec facit hoc pro D. quia hoc intelligitur, quando ſuper
certa præbenda ſcriptum eſt,nec eſt dictum in litera, quam acce
ptauerit,ad quam virtus clauſulæ,quouſque vacauerit,& accepta
uerit,extendi non poteſt.[Sicut.]ver.q.d.tunc habet locum ſimi
litudo quam aduerſa pars allegauerit. [Præmiſſum.] s̄. eo. §. nec
etiam allegabatur. ¶Subiunctum etiam. ]vj. pars. [Extitit.] ex
parte tua,cui ſcribitur ſecundum.d.n.i.ex parte.d. An.[Memora-
to priori.] hinc ſume caſum.[Literas.]per quas mandauimus di
cto.D.prouideri.vt ſequitur.[Vt nominato]&c.prout nota. s̄. in
caſu.ver.j.[Si vacaret.]ergo ſuper non vacante nulla dabatur po
teſtas.[Idem prior.]ver.[Poſt acceptationem.]vt patet ex forma
literarum quæ exacta diligentia eſt ſeruanda.s̄.de reſcrip.cum di-
lecta.§ fi.[Vnde]ver.[Collata] per illum,ad quem pertinebat,te-
nuit collatio,& ideo [Huiuſmodi.]ver.[Collatio.] ſic iuſte & ra-
tionabiliter facta. [Mandati] ad priorem directi. [Sciuiſſet.] &
proculdubio non poterat ignorantiam allegare , vt fuit pro-
batum. s̄. eod. §. j. verſicu. i. [Vacuari.] quia quod legitimè fa-
ctum eſt , irritari non debet. ſupra , de reſcript. cauſam quæ. §.
prouiſuri.ſupra , de reſtitutione ſpoliatorum. audita. §. penulti.
verſic.quia tamen non intelleximus,neque pœnam meretur. C.
**de adulte. Gracchus. [Noſtrum autem.] verſicu. [Acceptaret.]**
quaſi dicat ſi Papa ſcribat, quòd **prouideatur alicui de beneficio,**
quod acceptauerit decernens irritum , & inane &c. Intelligi de-
bet quòd irritatio poſt acceptationem facta locum habeat:tunc
enim iudex ex vi clauſulæ ſtatim facta acceptatione etiam in
abſentia partis aduerſæ hoc decretum interponere poteſt, & non
ante, alioquin ſi de acceptanda intelligeretur , tale decretum eſ-
ſet inualidum , tanquam ſuper incerto & futuro prolatum. ff.
quod cuiuſque vniuer.item eorum. §. primo. Et hoc verum eſt,
28 quòd quicquid fit per † epiſcopum , poſt talem acceptationem
irritum eſt , ſiue epiſcopus hoc ſciuerit , ſiue ignorauerit , ſecus
eſſet , ſi hoc decretum non eſſet interpoſitum : quia tunc tene-
ret collatio ab epiſcopo facta , etiam poſt acceptationem , niſi
certificatus eſſet de acceptatione,argumen. ſupra de appellatio-
nibus.ſuper eo.ij.in fine. Alij dicunt , quòd etiam in primo caſu
non debet interponi hoc decretum , niſi partibus præſentibus :
quia procedendum eſt de iure in præſentia partium. s̄. de maior.
& obedientia. inter quatuor. quarum aſſertione merita cauſa-
rum panduntur.s̄.de reſtitutio.in integrum.tum ex literis.§.j.ver
ſicu. tandem in hoc.& Papa videtur ſcripſiſſe ſecundum ius. ſu-
pra de reſcriptis.cap.ij.& cap.cauſam quę.Sed quod prius dictum
eſt, teneas , nam & ex virtute clauſulæ hoc idem eſſet , & ſi hoc
decretum executor non interpoſuiſſet. s̄.de præben. inter cætera.
ſupra de electio.innotuit.§.fina. [Alioquin.] verſicu. [Super in-
certo.] & ſic non valuiſſet,vt dictum eſt.s̄.¶Sed extitit.] ſeptima
pars.[Ex aduerſo.] ſcilicet ex parte. D. [Nequiret. ] ſubaudi ſicut
ex parte.d. An. s̄.proximo § fuerat allegatum : etiam dato, quòd
ita eſſet.ne videatur confiteri contra ſe,ſic ſupra de verborum ſi-
gnificatio.abbate.§.ad hoc autem.s̄.de exceptionibus.cum vene-
rabilis.reſponſo primo.[Idem tamen.] verſicu [Acceptare.] ſal-
tem poſt vacationem. [Quare.] verſicu. [Præpoſituram] vacan-
tem. [Eum.D.] pro quo ſcriptum fuerat. [Eandem] præpoſitu-
ram.[Non potuit] de iure,argumen.op. ſupra de officio delega.
ex parte.j.Sed ibi nihil dicitur de acceptatione , & alia eſt forma
literarum illarum. [Quinimmo.] verſicu. [Acceptauerit. ] for-
ſan quando ipſam vacantem audiuit , ſed non valet : quia nul-
la collatio ſecuta , nec epiſcopus de acceptatione ante collatio-
nem facta certificatus fuit , vel forſan collatio epiſcopi accepta-
tionem.D.præceſſit.[Conceſſio.] id eſt inſtallatio corporalis.quæ
ad archidiaconum de iure pertinet. ſupra de officio archidiaco-
ni. vt noſtrum [Dictum] in deciſione. [Archipresbiterum.]
cui hoc prior mandauit . vt notatur ſupra in caſu verſicu. hoc
facto. Alii dicunt,quòd iſte archipresbiter erat idem prior ſupra
nominatus , erat enim prior & archipresbiter , & idem fecit in-
ſtallationem . ſed propter hoc non mutatur ius , dummodo in-
telligas , quòd non fuit facta donatio de nouo, ſed inſtallatio.
Vel fuit facta , ſed collatio epiſcopi præceſſerat. Vel poteſt dici,
quòd,ex quo ſemel contulerat , ſiue bene.ſiue male , functus erat
officio ſuo ſupra de officio deleg.in literis.quod placet,alias quod
non placet.[Sicut.] verſicu. [Quem elegerit, vel optauerit.] ff. de
optio.lega.ſi cum optio.& eſt fortiſſima hæc allegatio : quia lo-
cum habet, ſiue homo indiſtincte legatus ſit,ſiue plurium ſit da-
ta optio : quia ſinguli ſub conditione videntur eſſe legati. ff. qui
& a quibus manu. libe. non fi. l. iij. & argumen. ff. de peculio le-
ga.cum dominus.§.finali.ff.de optio. lega. ſit tibi. §. finali. & l. ſi
optio. §. finali. Quinimmo etiam ſi viginti anni elapſi fuerint,
adhuc videtur,quòd acceptare poſſit,& quòd beneficium eidem
debeatur , argumentum expreſſum ff. de conditio. & demon-
ſtratio. l. finali. [Seditque] ille ſeruus. [Legato.] & ſic legatarius
ipſum petere poteſt,ſicut probant leges ſuperiores. ¶Econtra ve-
ro.] viii.pars. [Pro parte tua] o Andrea. cui loquimur. [Propoſi-
tum.] & bene ſecundum dominum noſtrum quòd id, quod di-
ctum eſt , de optione ſerui ſupra. §. proximo. [ In vltimis vo-
luntatibus. ] multo fortius ita deberet eſſe in beneficijs : quia
29 † in ipſis eſt pleniſſima interpretatio facienda. ſupra de do-
30 nationibus. cum dilectus. in fine. † nec debet Princeps in facto
ſuo fraudem aliquam adhibere ſupra de donationibus. per tuas.
nec aliquem per beneficium ſuum decipere. C. de his qui veni.
æta.impe.l.j. nec alicui laqueum inijcere. xxvii. q. i. de viduis. ii.
nec verbum ſuum variare. xxiii. diſtinctio. pſalmiſta. nec primo
impetranti præiudicare,vt nota.ſupra de reſcrip.capitulum. & c.
literis.s̄.de iure patrona.cum autem. Neſcio ſi omnibus prędictis
conſideratis pro nepote proprio iudicaſſem, nam & caro & ſan-
guis debent retrahere. ſupra de præben. graue. s̄. vt benefi. eccle.
cap. vt noſtrum.§. omnibus. vbi de hoc . Sed dominus noſter
noluit apparere hypocrita ſicut ſcholaris qui de nouo pro
ſapiente venerat , & contra ſuos, quamuis iuſtitiam fouerent,
dabat ſententias , vt hominibus iuſtiſſimus appareret. [ Nec
præmiſſa.] verſicu. [Futuris. ] puta . lego vnum fœtum naſci-
turum de grege meo.[In extantibus.] in quibus a tempore aditę
31 † hæreditatis intelligitur dominium rei legatæ fuiſſe ipſius lega
tarii.ff.de furtis.a Titio.& infra ſequitur & hoc propter fauorem
vltimæ voluntatis,in qua fit interpretatio plenior.ff.de vino triti.
& oleo lega.l.ij.& pen. ff. de fundo inſtruc. & inſtr.lega. l.j. vnde
nec

32 nec ſeruum † legatum ſub conditione hæres manumittendo li-
berum facit.ff.de manu.l.j.Cum his & alijs iuribus inductis.ſ.eo.
ſuper verbo,quem elegerit, vel optauerit. Sed aliud eſt in legato,
aliud in caſu propoſito, & etiam in contractibus, ſi enim hæres
non repudiauerit ex die hæreditatis retro aditæ,videtur legatum
fuiſſe legatarij.ff.de lega.j.ſi tibi homo.§.cum ſeruus. & ideo alie-
natio interim facta tanquam a non domino non valet.Secus in
contractibus: quia ibi valet.ff.de actio.& obli.his qui.ff.de verbo.
33 obliga.ſi ſeruum.§.ſed & ſi ſit.Illud etiam ſcias,ꝙ † optio ante adi
tam hæreditatem facta non valet.ff.de lega.j.Iulianus.ſic nec va-
let acceptatio beneficij in hoc caſu ante vacationẽ ipſius facta.ſ.
34 eo.c.ii.vii.q.j.non furem.Sed quid † ſi acceptauit ſemel beneficiũ
vacans.Nunquid poteſt pœnitere,& aliud acceptare? Videtur, ꝙ
non: quia prima optione totum ius ſuum videtur conſumpſiſſe
ff.de optio.lega.apud Aufidium.quod verum eſt,niſi ſit deceptus
puta: quia debebatur alij,& hoc ipſe ignorabat,vel ſi pro dignita
te errans elegit beneficium ſimplex,arg.op.ff.de optio.lega.l.ii.ſ.
de preſumptionibus:quia non eſt veriſimile.Nec obſtat his,quę
hic dicuntur, ꝙ in beneficijs eſt latiſſima interpretatio facienda,
vt no.ſ.ſuper verbo,in vltimis voluntatibus.& probatur.ff.de con
ſtitu.princi.beneficia.ſ.de verb.ſignifi.olim. quia illud verum eſt,
quando nemini fit graue pręiudicium.ſ.de verb.ſigni.c.pen.alias
contra in eodem caſu.ſ.de præben.c.fi.ff.de vulga.& pupil.ſubſti.
ex facto.C.de preci.Impera.offe.quoties.ſ.de offi.delega.ſuper eo.
cum ſuis ſimilibus.Alij dicunt, ꝙ idem eſt in beneficiis vacanti-
bus,quod & in legatis,in quibus non valet collatio in pręiudiciũ
acceptantis, ſicut nec valet alienatio ſeruorum in præiudicium
optantis,vt dictum eſt.ſecundum d.n. Aliud eſt in beneficiis nõ
vacantibus,& in cõtractibus,in quibus nihil intelligitur retro ac-
35 qſitũ,ſicut eſt in legatis,vt no.ſ.Tu,dicas idẽ†eẽ,ex quo hæc clau
ſula decernentes &c.appoſita eſt, ĩ reſcripto & is, pro quo ſcribit,
beneficium acceptauit,vt no.ſ.§.ſubiunctum.verſi.noſtrum. ſu-
per verbo,acceptaret.& patet.ſ.eo.ver.niſi forte.[Ex illis.] ſ. non
extantibus,ſed futuris.[Ex iſtis.] ſ.præſentibus & extantibus. [Ter
minus.] vt ff.de optio.leg.mancipiorum. & de hoc termino mul
ta inuenies notata.ſ.de reſtit.ſpo.extra.frequens.§ pe.[Et grauis.]
ver.ipſum.ſcilicet pro quo ſcribitur.[Non abſque periculo.] quia
in talibus mora ſæpe periculoſa eſt.ſ. de electio. nihil.& c.ne pro
defectu.& ca.cum inter vniuerſas.& ſ. vt lite non conteſta. quo-
niam.§.j.& ii.Et hæc ſufficiens eſt ratio,quare aliud in beneficiis,
in quibus læderetur reſpublica,ſi diu vacarent, & aliud in legatis,
in quibus non læditur, niſi res priuata, cui & teſtator ſine cuiuſ-
quam iniuria poterit apponere legem,quam voluerit.C.de ſacro
ſanc.eccle.l.j.[Requirit.] Hæc eſt optima ratio. Sic enim omnes
de prouincia ſuſpenderentur contra intentionem Principis a col
latione beneficiorum,& nimium grauarentur.ſ. de ſtatu mona-
chorum.in ſingulis.§.porro.C.de eman.nec auus. & priuarentur
iure ſuo ſine culpa ſua,& ſine iuſta cauſa,quod eſſe non debet.ſ.
vt lite non conteſta.quoniam.§.ſi vero.ver.ea nequaquam. [Vn-
de] ver.[Et ſi vacaret.]& non aliter.vel [Quamcito.]& non ante.
inuigilet ergo his pro quo ſcribitur,ne alius conferat antequam
acceptauerit,arg.ff.de his quæ in frau.credi.pupillus.in fi.[Et ita]
ver.[Futuras.]vt cum expectaret præſentes. [Non poterat.] verſi.
[In illis.]ſicut dictum eſt.ſ.eo.ver. nec præmiſſa. [Impediri] ante
acceptationem.& ideo ſequitur.[Niſi]&c.ver. [Acceptaret.]Hic
36 patet,ꝙ ſola acceptatio † impedit collationem,etiam ſi in abſen
tia executoris fiat,dummodo hæc clauſula decernentes &c. ap-
poſita fuerit in reſcripto,& dummodo adhibeantur teſtes idonei
arg.ſ.de officio ordinarii.paſtoralis.§.fi.cum ſuis ſimilibus.& no.
ſ.eo.ſuper ver-extantibus.ver.tu dicas.[Vel etiam niſi.]verſi. [Ex
eis primam.]No. ꝙ his, pro quo ſcribitur, vt ſibi prouideatur de
præbẽ.quam acceptauerit,poteſt ante vacationem acceptare pri
mam,quam vacare contingeret in eccleſia,in qua pro ipſo ſcribi
tur,vel ſecundam,vel tertiam. Ex qua cauſa,puta, quia prima alij
debetur,ſiue aut certum ſit,ſiue dubitetur, alias ſine cauſa non vi
detur,ꝙ hoc facere poſſit,arg.hic.Quòd ſi in reſcripto non conti
netur,ꝙ poſſit acceptare,dicunt quidam, ꝙ adhuc hoc poteſt fa-
cere.Alij contra: quia nũquam in hoc caſu acceptatio facta im
pediet collationem ordinarij, ſed inhibitio iudicis tantum, nam
plus videtur committi arbitrio executoris,quam impetrantis,ſi-
cut innuit forma literarum.Et nunquid poteſt executor retinere
donationi ſuæ primo vacantem? Sic. ſ. de iure patronatus.cum
dilectus.Sed nunquid hoc poteſt facere de præbenda incerta? Nõ
nec alius optare,arg.ſ.de electio.extra. in electionibus. Intelligas
37 tamen † certam, quando non apponitur ſi, etiam ſi dicat primã
præbendam,vel ſi dicat ex cauſa quartam,& ſic in ſingulis.Incer-
tam vero,quando ponitur ſi.Quid ſi executor ſibi reſeruari man
det illam,quam impetrans,vel procurator ſuus acceptauerit? Nõ
alet,arg.ſ.de offi.delega. quoniam. §. his autem. Alij contra ſe-
cundum.d.n.cuius eſt hæc tota glo.cui in multis non conſenti-
mus,vt patet in his,quæ no.ſ.de præben.pro illorum.quod dic,vt
ibi.¶Nos itaque.] ix.pars.[Quam præfati.D.]aduerſarij tui,aliter
non fuiſſet plene inſtructus.ſ.de ſenten.& re iudica.cum Bertol-
dus.§.fin.ver.cum etiam.ſ.de electio.dudum.§.cum autem.[Ple-
nius.] ſic enim debet fieri.ſ.de electione.in Geneſi.in fine.& c.ec
cleſia.ii.in fine.[Intellectis] & ſi non intellexiſſet ſuper dubio fa-
cti,debuiſſet ex officio plenius interrogare partes.ſ.de fide inſtru-
mentorum.cum Ioannes.§.penulti.ver.non obſtante.& ſequen.
ti.xxx.quæſtione.v.iudicantem.Inſtitu.de actio.§.curare. ff.de in-
terroga.ac.de æta.§.quicunque.nam in dubio iuris ipſe ſibi ſuffi-
cit.C.de teſtamen.omnium.ſ. de appellationibus. ſæpe. reſpon.j.
verſic.cum frequenter.quia.[Sæpe dictam.]verſicu. [Nouimus.]
ſi dixiſſet volumus tantumdem valuiſſet.ſ.de ſenten. & re iudic.
cum te. in fine. Inſtitu. de iure naturali. §. ſed & quod Principi.
38 Sed hoc ideo dixit vt ſcias, ꝙ iuſtitia † mouit ipſum, & non car-
nalitas, vt no. ſ. §. proximo.ſuper verbo,in vltimis voluntatibus.
[Pertinere.] quia tibi fuit canonicè collata ab illo, ſeu authori-
tate illius,qui ipſam tibi potuit conferre.[Ipſam tibi.] ſcilicet præ
poſituram.[Adiudicare.] ſicut & alias.ſ. de ſupplenda negligen-
tia prælatorum.capitu.fina.ſ.de ſententia & re iudicata. cum Ber
39 toldus.§.finali.† nam & in dubio iudicandum eſt pro illo, cuius
rationes ſunt fortiores.ſ.de ſententia & re iudicata.ſuborta. §. iu-
dicibus.ſ.de poſtulatione prælatorum.bonæ.ii.§.finali. C. de edi-
cto diui Adri.toll.l.ſi.[Memorato.]verſi.[Perpetuum.] ſic ſupra,
de probationibus. §. finali. & ſupra, de ſententia & re iudicata.
cum olim.

## ¶De rebus eccleſiæ non alienandis. Rubrica.

*SVMMMRIVM.*

1 *Lis conteſtatur per petitionem,& reſponſionem.*
2 *Alienatio rei eccleſiaſticæ quando teneat,& quid requiritur pro eius alienatione.nu.14.& 15.& 17.*
3 *Eccleſia cathedrali,vacante nihil eſt innouandum in eius præiudicium, quod etiam in parochiali dicendum eſt.*
4 *Alienari non poteſt res minorum ſine conſenſu tutorum,vel curatorum,quos ſi non habet a prætore dandi ſunt.*
5 *Eccleſia vtitur iure minoris in reſtitutione.*
6 *Alienari non debet res eccleſiæ ſi caret defenſore, & ſi caret dandus eſt ab epiſcopo.*
*Et quale ſit huius defenſoris officium.nu.7.*
8 *Eccleſia vna,vel eius res poteſt alij ex cauſa donari,vel concedi.*
9 *Alienari non debent res pretioſæ pupilli ſine cauſæ cognitione, iudicis decreto & quod cauſa ſit iuſta,& vera.*
10 *Minori læſo in alienatione datur reſtitutio,ita & eccleſiæ.*
11 *Decretum quod interponitur a iudice in alienatione minorum quid ſit.*
*Et quid authoritas.nu.12.*
*Et quid conſenſus.ſiuo collaudatio.nu.13.*
16 *Alienatione rei eccleſiæ facta,an ſufficit quod contenſus canonicorum, & authoritas prælati ſequatur,licet non proceſſerit.*
18 *Sententia licet formetur in perſonam procuratoris, vel domini non intereſt de iure canonico.*
19 *Sententia iuxta petitionem formanda eſt.*

## CAP. PRIMVM.

DVdum.& infra. Rector eiuſdem eccleſiæ conue-
nit archidiaconum Dulmeñ.ſuper quibuſdã
decimis,quas archidiaconus in ſua percipie-
bat eccleſia. alias parochia. dicens, ꝙ de iure
communi pertinebant ad eccleſiam ſibi cõ-
miſſam,& ꝙ archidiaconus ipſas iniuſte per-
cipiebat,& in grauamen & læſionem dictæ eccleſiæ,petijt nomi-
ne eiuſdem eccleſiæ ipſas ſibi reſtitui,cum eccleſia ipſas conſue-
uiſſet percipere,vel nihilominus ſibi adiudicari. Et hoc continet
deciſio,quæ ponitur hic.In ſecunda parte archidiaconi defenſio.
In tertia quæſtionis diffinitio, & diffinitionis ratio. ¶Dictus ve-
ro.] ſecunda pars.[Archidiaconus.] & fuit dictum in deciſione.
ſi.ſ.de ſententia & re iudicata.cum.I.& A.verſi.a qua.& c. præce.
§.finali.verſicu.nimirum.ſ.de conceſſione præbendæ.extra.quia
cunctis.§.ſed extitit.verſicu.quinimo.ſ.de appellationibus.c. con
ſtitutis.reſponſo. j. verſicu. decanus. ſecundum vnam lecturam.
[Ex aduerſo.] contra petitionem dicti actoris. [Reſpondit.] li-
tem conteſtando. [Eccleſiæ.] cuius nomine agebatur. [Non de-
bere.] ſubaudi neque adiudicari,vt patet in ſententia.ĩ.eo.in fine.
1 quæ debet concordare petitioni,vt ibi no.† & ſic fuit lis conteſta
ta per petitionem,& reſponſionem.ſ.de litis conteſta.capitu.vni-
vnico.[Proferens.] ver.idem archidiaconus excipiendo contra
petitionem,ſiue ad ipſius eliſionem.[Epiſcopi Dulmeñ.&c.] Ad
quem talia pertinent.ſ.de exceſſibus prælatorum.ſicut vnire.[De
2 conſenſu capituli.] quia nec aliter poteſt † valere alienatio per-
petua.ſ.de donationibus.paſtoralis.in fi.xii. q. ii. ſine exceptione.
ſed nec iſta ſufficiunt,niſi cauſa ſubſit,& diligens forma ſeruetur.
vt ſ.eo.§.ſequenti. [Inter alia.] ver. [Continentem.] ſ. ordinatio-
nem.



nem[Tenues & exiles]& nunquam hæc fuit iuſta cauſa. ſic.ſ.de
præben.expoſuiſti.vbi de hoc.ſed non erat euidens,vt innuit. ĩ. §.
ſequenti.ver.conceſſionem[Conceſſit]ſed non congruo tempo
re,quia eccleſia vacabat, & defenſore carebat. & hæc eſt prima
ratio, quarę non valuit. Secunda, quia diligens tractatus ſuper
hoc habitus non fuit. Tertia, quia cauſa rationabilis non appa-
ruit,& ideo archidiaconus ſuccubuit, vt ſequitur in §. ſequen.
¶Quia vero] tertia pars[In conceſſione huiuſmodi]facta archi-
diaconatui per epiſcopum,vt ſupra proxime[Prædicta eccleſia]
ad quam decimæ pertinent,vt ĩ. in fi. alias in ti. [Cum vacaret]
3 Sic ergo nedum † cauendum eſt hoc in eccleſia cathedrali, ſcili-
cet quod ipſa vacante nihil in eius præiudicium innouetur, vt ſ.
ne ſede vacan.ca.j.& fina.Quinimmo & in parochiali,vt hic.&
x.quæſtione.ij.cap.fina.& ſ.de offi.ordina.cum inter vos.& idem
intelligas de qualibet dignitate,ſiue perſonatu eccleſiæ.argumen.
ſ.de teſtamentis.relatum.ij.§.nomine. quod dic, vt not.in Sum-
ma ne ſede vacan.§.& de qua ſede [Legitimo caruit defenſore]
4 puta † tutore, vel curatore, ſi agatur de re minoris. xxv. anno-
rum alienanda, vt tractatur. C.de reſtitutione in integr. ſi cura-
torem.& ſi pupillus caret tutore, debet ei prætor dare alium le-
gitimum defenſorem, ſiue aduocatum. ff. de reb. eorum.qui
ſub tute.vel cura ſunt. magis puto. §. cuius officio. in fine. ibi
requirat ergo neceſſarios pupilli &c. vſque in finem §.ſic eſt; &
5 in eccleſia,quæ † vtitur iure minoris.ſ.de reſtitutio. in integrum.
6 cap.primo. Et ideo non debet res ipſius † alienari, ſi caret defen-
ſore.i.prælato.vt probant iura inducta,ſ.eo. ſuper verbo,cum va-
caret.& ſi eccleſia tali careat,debet epiſcopus alium ſibi dare,pu-
ta œconomum, qui eccleſiam defendat, & res guberner, & re-
colligat ad ipſam eccleſiam pertinentes.ſ.de offic.ordinar. cum
inter vos.lxxv.diſtinct.quoniam.C.de epiſcop.& cleri.omnes. §.
7 hic nihilominus.& ad officium † huius defenſoris pertinet excu-
tere, & iudici renuntiare, quare fit alienatio, & ſi propter debi-
ta ſoluenda fiat, an aliunde ſit pecunia, an de fructibus poſſit
ſatisfieri, an de mobilibus,an potius expediat obligare, quam di-
ſtrahere, an de pretio alterius poſſeſſionis minus vtilis poſſit li-
berari. Sed & caueat iudex, ne talis poſſit corrumpi. vt ff. de
re eo.qui ſub tute.vel cura.ſunt.magis puto.§.non paſſim.& §.ſe-
quen. quibus diligenter diſcuſſis defenſor, poteſt rem diſtrahe-
re, vel ipſemet epiſcopus rem eccleſiæ cuiuſcunque parochia-
lis ſibi ſubiectæ, quia & ipſius eſt adminiſtrator legitimus, &
agere poteſt nomine eiuſdem, & ipſam defendere.ſ. de ſucceſſ.
8 ab inteſta.cap.fina.vbi de hoc. Nam & ex cauſa † poteſt eandem
eccleſiam, & res eius alij donare, & concedere xii.quæſtione. ij.
ſi epiſcopus.& cap. ſequenti.& notatur ſupra de præben.vacan-
te.& cap.expoſuiſti.ſ de donationibus. conſultationibus. & ni-
hilominus poſtea authoritatem ſuam interponeret,quia nec ali-
ter valeret.ſecundum quoſdam.quod dic, vt notatur.ĩ.ſuper ver
bo, tractatus.nec mireris,quòd idem ſit alienator, & actor, quia
alienationem facit tanquam defenſor eccleſiæ, & authoritatem
interponit tanquam iudex & epiſcopus.ſimil. ſupra de election.
cum inter vniuerſas.in fine.& capit. cum inter canonicos.§.poſt
hæc.ſed nec obſtat, quòd lædatur eccleſia, cuius res alienatur,
quia hoc fit propter maiorem & communem vtilitatem, quæ
eſt priuatæ & minori merito præferenda. ſ. de poſtula.præla. bo-
næ.j.§ primo.vbi de hoc.& vij.q.j. mutationes. & cap. ſequen.&
talia ſpecialiter pertinent ad epiſcopum.x.quæſtione prima.redi-
genda.& cap.ſequen.& xij.quæſtione j.præcipimus.& cap.ſequẽ.
Si autem epiſcopus alienet rem eccleſiæ ſuæ archiepiſcopus au-
thoritatem ſuam interponet,vt patet in his,quæ no.ſ.de ſuppl.ne
gligen. præla. extra.Romana. §.quia.& ſuper verbo, a iure con-
ceſſum.ver.permittat[Quia &]verſi.[Tractatus]qui debet habe-
9 ri in rebus pretioſis pupilli, quæ † alienari non debent, niſi præ-
miſſa cognitione, vt notatur ſupra proxi. glo. ver. ad officium.
& ſequenti.& eſt decretum interponendum. C. de præ. mino.l.
minorum.& l.ſi minores. ff.de rebus eorum qui ſub tute.vel cu-
ra ſunt.magis puto.§.non paſſim.Sed nec ſufficiunt hæc duo.ſci
licet cauſæ cognitio, & decreti interpoſitio, niſi cauſa vera & iu-
ſta ſubſit, propter quam fit alienatio, ſiue datur rei vendicatio
minori contra poſſidentem, & perſonalis tutelæ, vel negotio-
rum geſtorum contra tutorem. ff. de rebus eorum qui ſub tute.
vel cura.ſunt magis puto. §. ſi es. & §. ſequen.& l. quamuis.C.de
præ.mino.ſi præſes.verſic. aut hæc omnia concurrunt &c. tenet
10 mero iure alienatio. ſed ſi minor læſus ſit † eidem per in inte-
grum reſtitutionis beneficium ſubuenitur. C.de prę.mino.ſi qui
dem. & idem eſt in alienatione rei eccleſiæ. ſecundum quoſ-
dam. quæ ſemper iure minoris ſeruatur illæſa. ſupra de reſtitu-
tione in integrum.cap.primo.& argum.C.ex quibus cauſis.ma-
ior.in integrum reſtitu.reſpublica.Dominus autem noſter dixit,
ꝙ aliud eſt decretum,aliud authoritas,aliud cõſenſus,ſeu collau-
11 datio.Decretum eſt † quædam ſententia,qua decernit iudex factũ
futurũ eſſe iuſtum,& rationabile authoritatem ſuam interponẽ
do,& laudando,& approbãdo,vel aliquem in poſſeſſionem mit-
tendo,vel ponendum eſſe declarando,& non debet interponi ſi-
ne cauſæ cognitione.ff.de dam.inſe.ſi finita.§.Iulianus.& §.ſi for
te.& in ſcriptis daudum eſt.C.de ſen.ſine peri. reci.l.j.& ij.C.de re
eo.l.j.& l.magis puto. §. ſi es. iſtud aliquoties dicitur authoritas.
C.de præci.Impera.offe.l.j.C.quando decre. opus eſt.l.j.debet au-
tem interponi ante decretum.ff. de re.eo. magis puto. §.non paſ
12 ſim.& §. ſequen. † Authoritas eſt conſenſus authorizabilis, qui
competit alicui ex publico officio ſibi iniuncto, vel ex legitima
adminiſtratione, quam habet,& hanc præſtant procuratores &
tutores in contractibus minorum,& in iudiciis eorundem, ſine
qua minor non obligatur, licet alium valeat ſibi obligare.Inſti-
tu.de autho.tuto.in prin.ff.eo.titu. obligarit. §.fina.& in iudiciis.
argumentum.C.de auth.præſtan.clarum.ff.de confeſſis.certum.
§.in pupillo.Eſt autem interponendum ipſum negotium,vel pa
rum poſt,& ſic intellige Inſtitu. de autho.tuto.§.tutor. ff.eo.titu.
obligarit.§.tutor.ff.de acquiren.hęredita.ſi quis bona.§.miſſum.
13 † Conſenſus, ſiue collaudatio eſt voluntas multorum, ad quos
res pertinet ſimul iuncta,qui conſenſus aliter non valebit,quouſ
que omnes fuerint requiſiti.ff.de aqua pluuia arcenda. in conce-
dendo.ff.de adoptionibus.nam ita.ff.de pactis. iuregentium.§.fi-
na.& l.ſequenti. ff.de ſeruitu. ruſticor.prediorum. per fundum.
14 Scias igitur † ꝙ in contractibus rerum eccleſiaſticarum non exi
gitur decretum.de quo no.ſ.requiritur tamen cauſæ cognitio,&
authoritas epiſcopalis,& conſenſus cleri, & eorum ſubſcriptio.
x.quęſtione.ij.caſellas.& c.hoc ius porrectum.xii.quęſtione.ij.ab
actibus.& c.ſine exceptione.Nec obſtat,ꝙ leges ſuperiores dicunt
decretum interponendum eſſe, quia non ſunt per eccleſiam ap-
probatę,& ideo allegare non poſſunt.xcvj.diſtinct.bene quidem.
ſecundum dominum noſtrum. Sed contra, quia omnibus vti
poſſumus, quę non ſunt nobis contrarię.ſ.de noui ope. nuntia.
ca.j.Nec obſtat.c.bene quidem.hoc enim fateor,ꝙ ſtatuta laico-
rum municipalia etiam in fauorem noſtrum facta non aſtrin-
gunt nos.vt ibi,& ſ.de conſtitu.eccleſia.& c. quę in eccleſiarum.
porro legibus corpore iuris clauſis vti poſſumus, & recipiendę
ſunt,dummodo non ſint nobis contrariæ.vt nota. ſ.& probatur.
15 x. diſtinct. capit. j. Quid ergo, ſi non ſeruetur ſolemnitas † illius
legis.x.quæſtione.ij.hoc ius? Dicunt quidam, quòd nihilominus
valet contractus,dummodo interuenient illa, de quibus nota.ſ.
eod. verſi. ſcias. ſed hoc videtur irrationabile, & eccleſiis onero-
ſum,& ideo retractandum.argumen.ſupra de conſuetu. cap.pri-
mo.maxime cum lex illa ſit canonizata, & clauſa in corpore
decretorum,& ſic per conſequens a Romana eccleſia compro-
bata.illud autem certum eſt, ꝙ & ſi decretum ſolemne, de quo
notatur.ſ.non interuenerit.non ideo minus valebit alienatio rei
eccleſiaſticæ.Hæc tamen non dico illa ratione, quòd non debea-
mus legem allegare, ſed illa, quæ abierunt quo ad hæc in de-
ſuetudinem per vſum contrarium generalem, vt iiij.diſtinct.§.
leges. Et quia de illo decreto nulla fit mentio. in authen. hoc
ius porrectum ſupradicto, nec in aliis legibus tractantibus de
hac materia. C. de ſacroſanctis eccleſ.iubemus. & authent. hoc
ius porrectum. Inuenio tamen, quòd dominus Papa decre-
uit aliquid eſſe non obſtantibus exceptionibus propoſitis exe-
quendum.ſupra de appellationibus. conſtitutis. ſecundo. §.nos
ergo. ſed & ſtatutum decretum dr̃. ſ. de reſcri. extra. præſenti.ſ.
de fil.presbite.ex tranſmiſſa. Hoc etiam nota † quòd non eſt vis,
vtrum authoritas prelati,vel conſenſus canonicorum pręcedat,
vel ſequatur,quamuis aliud ſit in authoritate tutoris, vt dictum
eſt ſ.verſi.eſt autem interponenda.probantur hęc nona. quęſtio-
ne ſecunda.Lugdunenſis.ſupra de elect. quòd ſicut ſ. de iure pa-
tronatus.cura.ſupra de his quę fiunt a pręla.capitu.ij. & tertio. &
hoc intelligas,quando nullus alius inuenitur defectus in contra
ctu,niſi iſte,quia non conſenſit is,ad quem pertinebat,& qui ius
ſuum poteſt remittere,quando placet. ff. de ſeruitu. ruſticorum
prædio.per fundum.& in ca. ſupradictis.ſecus vbi alias a iure re-
probatus eſt,nam talem non poſſet ratificare priuatus, & ſic in-
tellige.ſ.de elect.auditis.& ſupra de ſententia & re iudicata.cum
inter vos.reſpon.j.verſi.ad quod probandum.& ſequenti.ca.fina.
in princ.ſed & ſubſcribere poteſt quis per ſe,vel per alium, vt eo.
c.§.j.verſi.ꝙ ſub teſtimonio.& ſequenti.& C.de teſta.hac conſul-
tiſſima.in princip.& l.antiquitas.§.fin.ſed nec vis eſt,vtrum ſcri-
ptura pręcedat,vel intercedat,vel ſequatur,dummodo fiat in re-
bus pretioſis. ſupra de his quę fiunt a pręlat. capitulo primo.vbi
de hoc.xij.q.2.abbatibus.& de hoc not. in Summa eod. tit.§.quę
ſit forma.& §. præc.dic,vt ibi,& ꝙ minus dicitur,per hoc ſupple.
Quid autem iuris ſit de iudicibus eccleſiaſticis,dic,vt no.in Sum
ma.ſ.de his quę fiunt a pręla.cap.j.in diſ.quę incipit.cum quęri-
tur. de ratihabitione notatur ſupra eod. titu. §. ij.ſub. §. illud au-
tem in diſt. quę incipit & quoniam. [Solennis.] de quo habes.
xij.q.ij.cap.j.& nota.ſ.proxi.glo.verſi.ſcias igitur.& legitur. x. q. ij.
hoc ius. Sed ſecundum alios illa ſolennitas non ſeruatur, vt
nota. in pręceden. glo. verſicu. quid ergo. [Perpetuis.] hoc bene
notandum eſt, nam ſecus eſt, ſi cauſa pietatis ad vitam vnius
hominis,vel ad tempus fructus alicuius poſſeſſionis concedatur,
xvj.q.j.poſſeſſiones.& q.vj.illud.ſ.de vſur.c.j.excipe & alios caſus.

quos no.ſ̃.de his quæ fiunt a præla.c.j.[Conceſſionem] ver. [Ne-
17 ceſſitas ]nã ſine cã neceſſaria † vel vtili euidẽter apparẽte hoc fieri
non debet,vt hic patet.& ſ̃.de præben.expoſuiſti.quod expone,vt
No.etiam,ꝙ quamuis Papa ſine cauſa diſpenſare non deberet,v
innuitur.ſ̃.de ſenten.& re iudi.in cauſis.ad fi.de quo. ſ̃. de præbẽ.
de multa.& de elect.dudum.ij. §.inſuper. tamen quotidie volun-
tarie,& ſine cauſa diſpenſat, quid propter hoc facit, quia placet.
Dominus eſt,non ſunt trahenda talia in exemplum. Inſti.de iu-
re natura.§.ſed ꝙ Principi.ver.plane[De fratrum] ver. conſilio,
qui ſibi aſſiſtunt,& cum eo iudicant.ſ̃.de his quæ fiunt a præla.c.
fi.& ſ̃.de offi.lega.extra.officij. Non tamen aſtringitur eorum ſe-
qui conſilium.ff.man.l.ij.in fi.ſ̃. de arbi. cum olim.nam & ſuper
omnes eſt.ſ̃.de ele.ſignificaſti.& c.licet.ix.q.iij. cuncta per mun-
dum,& c.per principalem.¶[Dictas] iiij. pars.[Ipſi eccleſiæ] quia
18 non eſt vis ſ̃m noſtra iura,† vtrum ſententia formetur in perſo-
na domini, vel procuratoris,vt hic patet,& ſ̃.de proba.licet.§.fin.
& de elec.querelam.§.fi.vbi de hoc[Pertinentes ad eam ] de iure
communi.ſ̃.de decimis.cum contingat.& c.cum in tua.Sed con
tra,quia ad epiſcopum pertinent.ſ̃.de decimis.dudum. Sol.verũ
eſt quo ad ſuam canonicam.ſ̃.de deci.quoniam.& quo ad ſuum
regimen generale.x.q.j.regenda.& diuiſionem faciendam.xij.q.j.
præcipimus. Ad vtrunque etiam tam rectorem, quam epiſcopũ
pertinent quo ad intentandam nomine ipſius eccleſiæ actionẽ.
Quòd enim rector admittatur agendo,probatur hic,& defendẽ-
do etiam vicarius.ſ̃.de fide inſtr.G.perpetuus vicarius.ſ̃.de præſcr.
ex transmiſſa.& epiſcopus admittitur. ſ̃.de ſucceſſ.ab inteſta.c.fi.
& no.ſ̃.ſuper verbo,legitimo defenſore.Sed quid ſi ſententia fera
tur contra presbiterum agentem,vel defendentem epiſcopo ſciẽ
te,nunquid paratur epiſcopo præiudicium? Videtur,ꝙ ſic.ar.ſ̃.de
ſen.& re iud.ſæpe[Adiudicare]ergo hoc petitum fuerat,alias ma
19 la eſſet ſententia,† quæ iuxta petitionem eſt formanda. ſ̃.de ord.
cogni.cum dilectus.§.fi.ſ̃.de accuſa.qualiter.ij.in fi. ſ̃. de ſpon.de
muliere.Vbi de hoc.Quid de perceptis? In illis parcere voluit for-
ſan,quia bonæ fidei poſſeſſor erat.ff.de vſur.q ſcit. §.in alieno fun
do.& ſeq.quod dic,vt no.ſ̃.de reſtit.ſpolia.grauis.

## ¶De cenſibus, exactionibus, & procurationibus. Rubr.

### SVMMARIVM.

1 *Archiepiſcopus ſi iuſto impedimento detineatur a viſitatione eccleſiæ,an aliũ poteſt mittere.*
2 *Archiepiſcopus,& epiſcopus ſi ſimul viſitant,& diſcordant ſentẽtiando,qualis ſententia teneat.*
3 *Sententia delegatorum ſi diuerſa eſt vtra tenet, & quid in arbitris. numero 4.*
5 *Viſitatio ſi fit ab archiepiſcopo, & ab epiſcopo diæceſano eodem tempore quis eſt prius recipiendus,& quid ſi eadem die ſimul peruenerint.*
*Et quid ſi non apparet quis fuerit prior.nu.6.*
7 *Ratio a capite reddenda eſt.*
8 *Viſitatio plene fieri debet omnium parochiarum.*
*Et an ſufficit conuocatio ſinodi cum diligenti inquiſitione & peccatorum correctione.nu.9*
*Et quid ſi remaneant aliquæ viſitandæ cui debent committi.nu.10*
11 *Dictio omnis,non ſemper includit omnes caſus.*
12 *Mos regionis ſemper inſpiciendus eſt.*
13 *Eccleſia non ſolum de clero ſed de populo curam habere debet.*
14 *Viſitatio vnius collegij in diuerſis locis fieri poteſt ex cauſa.*
15 *Archiepiſcopus quando poteſt viſitare prouinciam ſuffraganei ſui.*
16 *Viſitationis officium quod eſt.*
17 *Viſitatio ordinatim quomodo fit.*
18 *Officia non ſunt promiſcuis actibus permutanda.*
19 *Inquiſitio contra epiſcopum quomodo fieri debet.*
20 *Viſitatio quando intelligitur.*
21 *Archiepiſcopus an ſit procurandus cum tranſit per vnam prouinciã viſitandi cauſa aliam.*
22 *Archiepiſcopus viſitando, an poteſt exigere iure procurationis vecturas equorum,& ſimilia.*
*Et quid ſi non poſſit viſitatio finiri, niſi per plures dies, an erit continuè procurandus.nu. 23*
24 *Viſitatio incepta finiri debet,nec ad aliam tranſire,niſi ea finita,cum non debeat amplius reuerti.*
25 *Conſilium non eſt obligatorium,ſed cum aſſenſu ſic.*
26 *Scriptura in quibus caſibus exigitur.*
27 *Viſitator quid agere debeat,& quid quærere viſitando,& an cogere aliquẽ, vt dicat quæ ſunt corrigenda.nu.28*
29 *Denuntiatio alia eſt euangelica,alia iudicialis, & alia canonica.*
30 *Denuntiatio iudicialis alia eſt publica,alia priuata.*
*Et quid publica,& quid priuata.nu.31.32*
33 *Cauſa qualibet ratione peccati poteſt agi coram iudice eccleſiaſtico.*
34 *Denuntiatio canonica altera dicitur ſpecialis,& altera generalis.*
*Et quæ ſpecialis,& quæ generalis.nu.35.& 36*
37 *Denuntiatio regularis quæ ſit.*
38 *Religioſi ſunt miſericorditer corrigendi.*
39 *Pecunia a vere philoſophantib.contemnenda eſt.*
40 *Ciuilis ſapientia non eſt dehoneſtanda pretio nummario.*
41 *Viſitatoris familia nihil recipere debet, ſiue ſcriptor ſit, ſiue delator ſigilli.*
*Quod nec conſuetudine poteſt introduci.nu.42*
43 *Victualium nomine,quæ contineantur.*
44 *Deum nonnulli diligunt, & quærunt non propter Deum, ſed propter nummum.*
45 *Munus ex cauſa fit,donum vero ſine.*
46 *Delegatus ſedis apoſtolicæ viſitando an tenetur obſeruare formam c.1.de cenſibus.in vj.*

## CAP. PRIMVM.

ROmana. Hæc conſtitutio per ſe patet,
nec eget caſus poſitione, q̃a
plana eſt.Traditur hic forma,quam debet ſer
uare archiepiſcopus volens ſuam prouinciã
viſitare, nam iuxta qualitatem ordinatam a
ſeipſo,ciuitate,& diœceſi ſua debet incipere,
& demum procedere ad viſitationem alio-
rum.& diuiditur in nonem partes,& hoc ſufficit pro caſu[Quili
bet archiepiſcopus]& epiſcopus,& quiuis alius ordinari⁹, ad quẽ
viſitatio pertinẽt.ſecundum ea quæ no.j̃.eo.§.fi.[Volens viſitare]
1 perſonaliter.ſ̃.eo.procurationes.Quid ſi iuſto impedimento † de
tineatur iſte archiepiſcopus? Videtur, ꝙ tunc alium mittere po-
ſit.x.q.j.epiſcopus.Alij illud intelligunt de epiſcopo tantum , ſed
non video rationem multum efficacem, nam & omnes epiſco
pi ſumus.21.di.in nouo. ſ̃.de ſacra.vnc.ca. vni.§.quia vero.ver.p
frontis.non enim eſt vis in nominibus.xix.di.§.j.& no. ſ̃.de offi.
2 ordin.duo ſimul. Quid † ſi ſimul concurrant? ſimul viſitent , & ſi
diſcordent, in communibus teneat ſententia pro reo,in fauora-
bilibus pro actore,cum ordinarij ſint.ſecundum do.no.quod in-
telligas verum eſſe, ſi ſententia pro actore lata fauorem foueat,
non ſi impugnet . Quid enim ſi actor matrimonium peteret ſe-
3 parari? In delegatis † enim vtram ſententiarum voluerit delegãs
comprobabit.In arbitris autem neutra tenet.ſ̃.de ſenten.& re iu-
dica.c.fi.Si quæras rationem diuerſitatis naturalem de his tribus.
Dicunt quidam,ꝙ ideo in ordinariis valet ſententia.quia non eſt
ſuperior,ad quem habeatur recurſus,niſi lex mortua. Hæc tamẽ
ratio in arbitris potius locum haberet , & ſic non eſt ſufficiens ,
ſed falſa eſt, vt probatur.ſ̃.de ele.licet. §. fi.& xciij.di. nulla ratio-
ne.& c.a ſubdiacono.Dic ergo , ꝙ ſic eſt in ordinariis , quia offi-
cium ipſorum naturale eſt,& ordinarium,& eis eſt ex debito de-
ferendum.C.quando prouoca. non eſt neceſſ. omnem honorẽ.
ſ̃.de appel.vt debitus.Ideoq; voluit hic ius, ꝙ ſententia alterius fir
ma eſſet.In approbanda autem alterutra habuit præ oculis æqui-
tatem,quæ in talibus ſeruanda eſt,vt patet.ſ̃.de tranſa.c.fin.In de-
legatis vero ratio eſt,quia proprium nihil habet.ff.de offi.eius cui
mand.eſt iuriſd.l.j.§.qui mandatam.& ideo voluit ius, ꝙ omiſſis
4 riuulis recurreremus ad fontem.In arbitris † autem ratio eſt,quia
officium ipſorum extraordinarium eſt,& ab initio extra neceſſi
tatem poſitum.vt ff. de arbit.l.iij.§. primo . & per ipſum ordina-
rium, quod fauorabile eſt , eneruatur . Ideo voluit ius in odium
compromittentium , ꝙ ſententia nulla eſſet , vt ſciant compro-
mittentes , quòd melius facerent , ſi ſe ſumptibus inanibus non
vexarent.ff.de inofficioſo teſtamen.l.j.& imputent ſibi , ꝙ com-
promiſerint.ff.de arbit.diem proferre.§.ſtari. quia non debuerũt
recurrere ad extraordinarium auxilium prætermiſſo ordinario
5 & contempto.ff.de mino.in cauſæ.ij.Quid ſi eccleſia † non poſſit
ambos ſimul,ſcilicet archiepiſcopum , & diœceſanum propriũ
venientes recipere ? Qui primo venerit ad molendinum,molat.
argu.ff.de iudi. qui prior.ſ̃. de iure patronatus. cum autem. ſ̃. de
maior.& obedien.ca.j.cum ſuis concordantiis.Quid ſi non appa
6 ret † quis prior? Aliqui dicunt epiſcopum præferendum , cui cu-
ra ſpecialis eſt commiſſa.argumen.x.quæſtione.j.regenda . & ix.
quæſtione.ii.nullus. Alij dicunt,& melius , quòd ſit archiepiſco-
pus præferendus.xj.quæſtione.iij.qui reſiſtit.& ca.ſequen.nam &
caſus regulam perimit , quia perempta perdit officium epiſco-
pus,quod ex regula dependebat,vt patet.ff.de regul. iur. l. prima.
ad finem.& argumen.ſ̃.de maior.& obedien.ſtatuimus. & capit.
7 cum inferior [Prius] † nam a capite edenda eſt ratio. ff. de eden.
argentarius.& qui alios corrigit,debet prius corrigere ſe, & ſuos,
vt hic patet,& ſ̃.de ſtatu monachorum.ea quæ.xxv.diſtinct.cap.
vlti.xxvj.diſtinct.vna tantum.iij.quæſtione. vij. iudicet . [Plene ]
8 ita quòd nulla parochia † remaneat viſitanda , hoc enim deno-
tat plenitudo,ſed dic,vt notatur.j̃.eadem glo. ver. quid ſi aliqua .
9 Sed nunquid ſufficit † conuocatio ſinodi, in qua fiet diligens
inquiſitio, & correctio peccatorum ? Videtur , quòd ſic . argu.ſ̃.
de accuſatio.ſicut olim. xviij. diſtinct. quoniam . Dicas contra-
rium , tum quia infra tam breue tempus , quo conſueuit ſino-
dus



dus celebrari,non poſſet fieri plene inquiſitio ſingulorum, & ſic
non ſeruaretur mens huius conſtitutionis , tum quia nec ibi ve-
niunt clerici,& laici,qui tamen ſunt,prout ſequitur,viſitãdi. tum
quia res ſubiicienda eſt oculis,& multum conſueuit perſonæ præ
ci authorizabilis,alia iuris percipiendi pręſtabilis, & hęc vltima
æquipollet collationi factæ ab illo,qui ipſam facere poteſt,vel de
conſuetudine,vel de iure, & poteſt pertinere ad inferiorem epi-
ſcopo,ſicut eſt archidiaconus,vel ex ſpeciali conceſſione.s̄.de in
ſti.cum veniſſent.vel ex ſpeciali conſuetudine,ſiue pręſcriptione
s̄.de ſenten.& re iudic.cum inter vos.s̄.de præſcri. cum olim.§.ſi.
s̄.de exceſſ.pręla.ad hęc.& c.ad aures.63. diſt.ſi in plebibus. Au-
thorizabilis autē inſtitutio ius adminiſtrandi tribuit, ſicut & cō-
firmatio.s̄.de præben.cum iandudum.s̄.de appel.conſtitutis.ij.§.
j.& hęc de iure cōi ad ſolū epiſcopum pertinet.quam nec archi
diaconus obtentu conſuetudinis alicuius habere poteſt, ſic intel
ligas.s̄.de offi.archid.cum ſatis. & hęc inſtitutionem corporalē
ſemper præcedere debet,quare archidiaconus ipſam fecit de cō-
ſenſu & authoritate epiſcopi in perſona propria, quia non pote-
rat eam committere,cum certum miniſterium eſſet ſibi demā-
datum.s̄.de offi.deleg.quoniam.ij.§.is aūt. & corporalem ad ip-
ſum pertinentem alij demandauit.s̄.de ſent.& re iudi. cum Ber-
toldus.reſpon.j.verſi.qui de conſenſu epiſcopi.Nota.igitur, ꝙ vbi-
cunque tale officium eſt, ꝙ ſine authoritate nō debet geri admi-
niſtratio,eſt ad epiſcopum recurrendum,ſi vero ſit tale, quod ſi-
ne authoritate adminiſtratio geri poſſit,etiam non requiſita au-
thoritate epiſcopi geri poteſt,& quæ ſit hæc,inferius nota. [Nos
per hoc] verſi.[Viam litigiis] ſi.s̄.de reſti.ſpolia.frequens. §.ea ꝓ-
pter.[Declaramus] ſi.s̄.de feudis.ca.j. [Quod in prioratibus,qui
parochiam habent,vel populum.]Innuit, ꝙ parochia † poteſt eſ
ſe ſine populo,& populus ſine parochia.& ſic videtur alludere ꝯ-
ſuetudini quorundam locorū,in quibus populus eſt in vna diœ-
ceſi,& parochia in alia,quæ conſuetudo difficilis eſt & abſurda,
vt patet.s̄.de decimis.cum ſint homines.in fi.& de paroch. ſuper
eo.xvj.quæſtio.3.quicunque.& c. licet in regulis. nam & ex hoc
litigia ſuſcitantur.s̄.de relig.do.c.j.s̄.de proba. cum cauſam quæ.
ideo poteſt exponi,vel pro i.ſeu pro & ff.de verbor.ſignific. ſæpe.
vel ideo hoc dicit,quia licet populus nō poſſit eſſe ſine parochia.
93.diſt.nulla ratione.tamen parochia.i.eccleſia habens ius paro
chiale,puta,decimarum ius,& funeris,& oblationum,& ſimiliū
ſine populo poteſt eſſe,ſicut eſt in pleriſque locis de conſuetudi-
ne ſpeciali.s̄.de deci.ad apoſtolicæ.& ca.cum ſint.[Cum ipſis.] ſ.
prioratibus parochialibus.[Locorum diœceſano] ad quem per-
tinet cura diœceſis.s̄.de offi.ord.ca.j.ix. queſtio.3.nullus primas.
& c.ſequentibus.s̄.de pręben.in Lateranenſi.s̄.eo. cum & planta
re.§.in eccleſiis.& ſic loquitur.s̄.de præben.auaritia.& ca.de mo-
nachis.vbi de hoc.[Reſpondere]ac religioſis de temporalibus.vt
in præmiſſis iuribus.[Ac in prioratibus] conuentualibus. [In q-
bus] de iure communi.xvj.quæſtio.vlti.congregatio.[Per electio
nem] niſi aliud obtineat de conſuetudine.s̄.de elec. ſacroſancta
ſed propter hoc non remouetur ius inſtitutionis authorizabilis,
quæ in talibus eſt requirenda,vt ſequitur. nam & ſi prouiſio ad
abbatem pertineat de conſuetudine ſine conuentu.s̄.de his, quæ
fiunt a præla.ea noſcitur.debet tamen prouiſio habere naturam
electionis,cū loco ipſius ſuccedat,ſicut probatur in his,quæ not.
s̄.de teſti.extra.ad hęc præſentium.ver.ab eiſdem.ſuper verbo,de
veritate dicenda.& dic per electionē.i.pręcedente electione.[In-
ſtituuntur.] i. inſtitui. debent inſtitutione authorizabili, contra
19 † quam nulla conſuetudo prodeſt,vt not.s̄.verſic.authorizabilis.
[Cum] ſubaudi.ſic inſtitui [In his]&c.ſ.prioratibus.[Non mutē
tur]i.mutari non debeant,ſed elicitur hoc ex ca.s̄. de ſtatu mon.
monachi.§.priores autem.[Prouidentia] hoc ſumitur ex capi-
tulo.s̄.de ſent.exc.monachi.& c.cum illorum.§.j.& c.canonica.
[Authoritate] quia ipſe ſolus,vel is,cui hoc mandauerit.hanc in
terponere poteſt,vt no.s̄.ſuper verbo,authorizabilis,& ſic loquū
tur iura ſignata.s̄.eo.ſuper verbo,quæſtiones.verſi.epiſcopi. & ac
cedit.ff.de iuriſ.om.iud.iubere.ff.de offi.proconſul. nec quicquā.
§.vbi decreto. [In aliis vero] puta obedientiis,capellis ruralibus,
&



& ſimilibus.[Abbatum ſuorum mandato]& contrario reuoca
ri,non dicit authoritate,ſed mandato,& ſic loquunť iura ſigna-
ta.s̄.eo.§.proxi.Sed ꝯ.s̄.de ſta.mon.ea q̄.§.præcipimus. ſed hoc in
telligitur,qn̄ mittit monachū,qui non habet ius in eccleſia per
petuū,ſed mittiť,& reuocatur,qn̄ placet abbati,vt in ſupra ſigna-
tis iurib.ꝯrium vero loquitur de clericis intitulatis in monaſte-
riis perpetuo authoritate epī intercedente, vel ſequente etiam ta-
cite,puta,ſi ad repreſentationē religioſorum ad talem titulū fue
runt ordinati, vnde & intereſt epī, ꝙ tales ſine ſcientia ſua non
mutentur,vt patet.s̄.de præben.c.ij.& 4.vbi de hoc.& s̄.de reg.iur.
omnis res.s̄.de offi.archid.ad hęc.in fi.[Si tn̄ plene]tunc tn̄ parū
ad epm pertinet de adminiſtratione,quia quo ad ſpiritualia non
imminet periculum,ex quo cura caret, & ſemp talis eccleſia eſt
infra limites alicuius parochiæ, & ſic eſt de cura ipſius, in cuius
præiudicium non eſt alia conſtruenda.xvj.q.j.eccleſiæ.& c. qui-
cunque.s̄.de no.op.nun.c.j.ad fi.Si vero de temporalib.agitur,ni-
hil ad epm,cum oīa ſint monachorū.Si dicas immo multū ra-
tione procurationis,cum maiores & minores viſitare debeat,vt
s̄.eo.rū.j.Reſpon.ſatis forſan tranſibit de facili, dummodo vēter
ſplendide procuretur.[Geri dēt.]de iure cōi.[Vtriſq;.] ſ.abbatib.
quo ad prioratus parochiales,& cōuentuales,& diœceſanis, quo
ad alios ſimplices.[Speciali]puta,priuilegio exemptonis,per qđ
innuitur, ꝙ dicti prioratus parochiales,& conuentuales ſubſunt
monaſteriis pleno iure,& ideo nihil ad diœceſanos.s̄.eod.qm̄ ꝑ
confeſſionem.s̄.de ſupp.neg.præla.c. ij. & ſic loquitur.xvj.q.ij.vi-
ſis.conſuetudo tamen non prodeſſet.s̄.de offic.archid.cum ſatis.
niſi abbas exemptus eſſet.s̄.de præſcrip.auditis.& c. cum olim.§.
quia prædictus.epſ vero pōt ꝯ hoc non ſolum priuilegiū, ſed etiā
ſpecialem conſuetudinē allegare.s̄ de inſtitu.cum veniſſent.Sed
qualiter intelligis,qđ dictū eſt s̄.de prioratib.parochialibus? Ad
hoc notandum, ꝙ tam diœceſani,q̄ religioſi circa hanc materiā
20 abutuntur,nam de iure cōi † vna eccleſia vnius presbyteri debet
eſſe,vt patet,& no.s̄.de præb.cum non ignores. & ideo ſi doctus
monachus epō repræſentetur ad curā admitti pōt, & debet.xvj.
q.j.doctos.& c.in parochiis.lv.diſ.priſcis.& in hoc prædicationis
21 † officium eſt priuilegiatum,vt s̄.de ſtat. mona. ꝙ Dei timorem,
& ideo monachus ſic admiſſus omnino tranſit in epī poteſtatē
& ſic expreſſe comprobatur hoc,qđ no.in Summa de ſta.mon.
§.vtrum populum.vbi hæc materia copioſe expeditur, verum ſi
monachus non ſit talis,vel velit abbas retinere obedientiā mo-
nachi conuenientem presbyterum debet præſentare. & ſic intel
lige.s̄.de capel.mo.c.j.nec debet ibidem monachus ſolitarius ha-
bitare.s̄.de ſta.mo.monachi.& de capel.mo.c.penul.& fi.non tn̄
eſt prohibendum,quin monachi poſſint habitare in eodem lo-
co ad cuſtodiendos fructus pertinentes ad ipſos.arg.ff. de vſu. &
habi.ſi ita legatus.§.dominus.ff.vt in poſſ.lega.is cui.§.qui legato
rum.ſed nihil ad ipſos de eccleſia,vel regimine eccleſiæ,vt no.in
d.§.vtrum populum.Sed ex abuſione hodierna ſupradictorum,
nec monachi inſtituūtur,nec presbyteris eccleſia aſſignatur,im-
mo a monacho inſtituto priore eccleſiæ regnum vſurpatur, &
presbyter rector non re,ſed ſolo nomine præſentatur. Igitur in
22 ſumma † aliqua ſunt beneficia, quæ authoritatem epiſcopalem
requirut,vt abbatiæ prioratus,conuentuales,& parochiales,& an
tequam aliquis in talibus adminiſtret,tanquam prior,vel rector
debet authoritas epiſcopi obtineri,vt hic,& s̄.de cleri.non reſid.
c.fi.Sunt & aliqua quorum adminiſtratio,ex quo ipſa iuſte acq-
ſita ſunt, & authoritate epiſcopi interueniente quo ad proprieta
tem,poſtea de mandato tantummodo illorum, ad quos perti-
nent,ſine inſtitutione authorizabili geri poteſt,puta, beneficia ſi
ne cura,atque ſimplicia,& horum adminiſtratio de mandato il
lorum,ad quos temporalia pertinent,geri poteſt,ſiue ſit abbas,ſi
ue præpoſitus,ſiue canonicus,vel quiuis alius, ſicut & cuſtodiam
vinearum,& fundorum poteſt dominus cōmittere, quibus pla-
cet,ſed ius etiam proprietatis talium beneficiorum de facili ſine
authoritate epiſcopi,non acquiritur.s̄.eo.cum & plantare.§. ec-
cleſias.xvj.q.vij.decimas.s̄.de his quæ fi.a pręlat. cum apoſtolica.
s̄.de inſti.c.3.& penulti.

¶ De pœnis. Rubrica.

*SVMMARIVM.*

1 *Archiepiſcopus non ſemper continetur nomine familiæ.*
2 *Familiæ nomine generaliter,etiam princeps continetur.*
3 *Iniuria duobus modis comittitur,videlicet facto,vel dicto.*
4 *Iuriſdictione commiſſa,videntur commiſſa omnia illa ſine quibus non poteſt exerceri.*
5 *Ius ſibi dicere nemo debet,neque ſuæ familiæ,neque ſuis.nu.6.*
7 *Iniuria cum infertur clerico duplex eſt iniuria,ſic & filiofamilias.*
8 *Prælatus propriam iniuriam remittere tenetur,illatam vero eccleſiæ minimę ſi ſit notoria offenſa.*
*Et quid ſi ſit occulta an pro ea teneatur agere.nu.9.*
10 *Sapientis eſt ſe ipſum corrigere.*
11 *Iulianus iureconſ.ſe ipſum connexit.*
12 *Gloſſa poſterior eſt attendenda,cum ſunt duæ contrariæ.*
13 *Beneficij accepti quis ſemper ſit memor,dati nunquam.*

## CAP. PRIMVM.

ROmana. In hac conſtitutione duo ſa
tis plana dicuntur. & (quod
eſt mirum) primum per ſecundum ſtatim
corrigitur.[Licet] i.licitum eſt, & protendiť
conſtructio vſq; ad illud verbum punire.s̄.e.
verſi.penul.in fi.[Viſitanti.]quod poteſt face
re annuatim de iure cōi.ſm ea quæ not.s̄.de
cenſib.extra.Romana.[Sibi] ſ.perſonæ ſuæ,& eſt primus caſus re
1 ſpectu iniuriati.[Vel ſuæ familiæ.] & eſt ſecundus caſus, ſic † ar-
chiepiſcopus non cōtinetur nomine familiæ in hoc caſu, & eſt
ratio,quia citius hoc concedendum eſſet de familia,quam de ip
ſomet,vt in ꝯriis ſignatis s̄.ſuper verbo,notoria.alias tamen gene
2 raliter† nomine familiæ etiam Princeps continetur.ff.de verbo.
ſign.familiæ.7.q.j.ſcire.[Aut aliis.] quibuſcunq; etiam ſi nō ſint
de familia,& eſt tertius caſus reſpectu iniuriati.[Propter hoc] ſ.
propter viſitationem,vel occaſione ipſius, & eſt primus caſus re-
ſpectu iuriſdictionis, in quo alij tres ſuperiores concurrere pn̄t.
[Quando concilium] quod debet facere annuatim, ſicut not.s̄.
de cenſi.extra.Romana.§. poſtquam auth. & eſt ſecundus caſus
reſpectu iuriſdictionis.[Pro illo] ſ.concilio. [Vel alias] generali-
ter.Et eſt tertius caſus reſpectu iuriſdictionis.[Sua debita iuriſdō-
ne.] in caſib.no.s̄.de ſupp.negl.præla.extra. Romana. [Iniuriari
3 præſumunt] facto,vel dicto,quia his† duobus modis generaliter
committitur iniuria.ff.de iniuriis.l.j.in prin. [Si hac occaſione.]
ver.& eſt primus caſus reſpectu iniuriæ,ſed hoc ſtatim corrigitur
vt s̄.no.[Impediatur] ergo a contrario ſi non impediatur, nō po
teſt archiepiſcopus punire talem iniuriā.arg.ff. de iud.cum præ-
tor.cum ſuis concor.ſed hoc non eſt verum, vnde ſubaudiendū
eſt maxime,alioquin corrigitur s̄.eo.§.ſeq.vel dic, ꝙ hic loquitur
de iure cōi,in ꝯrio de gratia ſpeciali,vt ibi,ſed hoc nihil eſt, quia
illa gratia hodie ius cōe eſt,vt ibi no.vel hic loquitur de iure anti
quo,ibi de iure nouo.& ſic corrigitur euidenter.[Dūmodo] ver.
4 [Notoria] immo idem vr̄ & de non notoriis, quia ex quo † ar-
chiepiſcopo commiſſa eſt iuriſdictio,oīa illa videntur commiſ-
ſa,ſine quibus iuriſdictio expediri non poteſt.s̄.de off.deleg.præte
rea.cum ſuis concor.ff.de offi.eius cui man.eſt iuriſdictio.l.fi. C.
de teſti.nullum.ff.de pœnis.moris.Solu.Sine hac coertione,quæ
eſt in perſonas extraneas,bene poteſt alias ſuam iuriſdictionem
expedire,& ſic ceſſant contraria.ſm d.n.Immo quia & hoc idē,
ꝙ notoriam puniat,videtur ꝯ ius commune,& ideo ſignatur cō
5 tra,† quia nemo ius ſibi debet dicere. C. ne quis in ſua cauſa iudi.
l.vnica.C.de his qui ad ec.confu.denuntiamus.ff.de iud.Iulianus
æquiſſimum enim viſum eſt vnum quemq; non ſibi ipſi ius di-
cere.ff quorum leg.l.j.reſpon.j.23.q.4.inter querelas.& q.v.de oc-
6 cidendis.in prin.& 4.q.4.c.j.ſed † neque ſuæ familiæ,neque ſuis ff.
de iur.om.iud.qui iuriſdictioni.quod magis videretur conceden
7 dum eſſe ff.de off.præſid.ſenatus.Sol.quandocunque† alicui cleri
co iniuria irrogatur.ad minus fit duplex iniuria.ſ.perſonæ cleri-
ci,& eccleſiæ:in perſonam clerici,vt patet.s̄.de ſent.excom. cum
deſideres.in fi.ſicut quando filiofa.iniuria irrogatur competit a-
ctio patri,nedum nomine filii,ſed nomine ſuo.Inſtit.de iniur. §.
patitur.& eſt ſimile congruum,nā & ſi filiofam.volenti fiat iniu-
ria,nihilominus agit pater,cuius ius remittere non poteſt filius.
ff.de iniur.l.j.§.vſque ad eo.ſic eſt recte & in clerico, vt patet.s̄.de
8 ſent.excō.contingit.j.§.j.quamuis igitur prælatus† propriam in-
iuriam vindicare non debeat,immo decet ordinem ſuum, ꝙ ip
ſam remittat.vt C.de epi.& cle.ſi quis in hoc genus. iniuriam tn̄
factam eccleſiæ remittere non pōt.63.diſtin.Salonitanę.vnde &
de ipſa agere pōt.C.de iniur.atrocem.& ipſam punire & corrige
re debet,ſi iuriſdictionem habeat.23.q.4.Guiliſarius.s̄. de ſen.ex-
cō.extra.dilecto.& hoc verum eſt,ſi notoria ſit offenſa, vt hic di-
9 citur.Quid† ergo,ſi occulta ſit? Dicunt quidam, ꝙ nō poteſt ſe in-
tromittere,quod dic,vt no.j̄.in ſeq.ver.[Authoritate.] & eſt hic
ſecundus caſus reſpectu iniuriæ.[Punire.] non occultum. & ex
hoc ſubauditu excipit ſtatim ibi.[Niſi] &c.[Amplius.] ver. iſte
reſpicit duos proximos pręmiſſos caſus.q.d.ſi non impediatur iu
riſdictio,non poteſt punire.[Niſi amplius] &c.Item occultā in-
iuriam non poteſt punire,niſi amplius &c.ergo conſuetudo pōt
ei concedere, ꝙ etiam occultas iniurias puniat,dummodo de ip
ſis ꝯſtare poſſit.[Conſuetudine.]hoc iō dicit,quia regulariter nō
exerceret in prouintiam archiepſ iuriſdiōnem ſuam,niſi in caſi
bus,quorum vnus competit ratione conſuetudinis ſpecialis, vt
hic,& s̄.de ſent.exc.extra.Romana.& iſte & alii no.j̄. de ſup.neg.
pręla.extra. Romana. ergo a ꝯrio epſ iniurias ſibi & ſuis illatas
(cum ſit rl̄r ordinarius)iudicabit, ſicut & caſualis ordinarius ca-
ſuales,& hoc eſt contra.B.qui hic not.ꝯ in ſeq.§.¶[Sibi etiam] 2.
pars.ſ.Remen.archiepō.[Et metropolitanis.]aliis quibuſcunque
quorum

quorum iuriſdictionem ampliare intendimus in hoc caſu. [In
illis] ſ.prouintijs.[Huiuſmodi] q.d.in caſib.ſpecificatis.ſ.proxi.re-
ſpon.[Puniendi manifeſtas] i.famoſas.licet non notorias pmiſ-
ſa inquiſitione,& ſm hoc euidenter comprobatur,quod not.in
Sum.de ſent.excō.§.quis debet.ſub.§.propriis.verſi.item ratione
rei.& ſeq.vbi hęc materia copioſiſſime expeditur,& ſm hoc ſeq
tur copulatiue.j.[Notorias.] Alii dicunt, ꝙ hæc copula ponitur
expoſitiue,quia aliud eſt manifeſtum,aliud notorium.quod dic
vt no.ſ.de cohabi.cleri.& mul.veſtra.ſed prima magis placet, qa
nullum ius cogit me,vt recedam a vera verbi copulatiui ſignifi
catione.ff.de lega.3.non aliter.immo inducit me benigna inter-
pretatio gratiæ nobis factæ,vt ſ.de priui.in his. & ſm hunc intel-
lectum ampliatur noſtra iuriſdō in duob.vt ſ.nedū vbi impedit,
iuriſdō,ſed ēt vbi non impedit in talib.procedamus, & vt nedū
notorias,ſed ēt manifeſtas iniurias puniamus.[Tunc] ergo non
alias, quia hoc non pn̄t niſi caſualiter,vt dictū eſt.[Eiſdem] ſ.ar
chiepiſcopis & ſuis,& ex hoc, ꝙ iſtud conceditur archiepiſcopis
de gratia ſpeciali,ſequitur,ꝙ nullus eps̄,vel inferior archiepiſco-
po hoc facere poſſit de iure cōi.ſm B.ar.25.diſt.qualis. C.de pro-
curat.maritus.ſ.de prę ſump.nonne. Tu vero aliter argues.ſ.ꝙ ex
quo archieps̄ non poteſt hoc facere in prouintiam ſuam, niſi in
caſibus,reſtat per eadem iura pro.B.inducta,ꝙ idem archieps̄ in
diœce.ſua & quilibet eps̄ in diœc.ſua(cum rīr in omnibus p dię-
ceſis ſuas iuriſdictionem ordinariam ordinarie exerceant) oēm
iniuriam ſibi illatam tangentem & eccleſiam vindicare tenent̄
quod verum eſt,vt no.ſ.eo.ſuper verbo,notorias.& elicitur ratio
huius iuris ex iuribus ibidem inductis & alijs.ſ.de offi.deleg. ex li
teris.ff.de iud.in priuatis.ff.de pœnis.ſi quis forte.§.penulti. C.de
conduc.prędi.fiſca.l.vnica.li.xj.[Etiam ſi]ver.[Exinde] ſ.ex iniu-
rijs ſupradictis.[Libera ſit.] ſ.non obſtante contradictione. non
obſtante appellatione.[De noſtra.] ſic ergo corrigitur.qđ ſ.dixe-
rat.rn̄.j.verſi.ſed hac occaſione,vt ibi not.Sed qualiter hoc fecit.
d.n.conſtitutionem.ſ.corrigentem ſeipſam intentionem igno-
10 ro.Poteſt tamen reddi triplex ratio.Prima eſt,vt ſciamus, ꝙ † ſa-
pientis eſt ſeipſum corrigere,& ex quo apparet, ꝙ ipſe ius ſuum
corrigit,nullus alius erubeſcat.ſ.de accuſa.qualiter.j.22.q. 4. ma-
gnæ.in Auth.de nup.reſpon.j.verſi.non enim erubeſcimus.coll.
11 4.†vnde & Iulianus ſeipſum corrigit.ff.de pact. iuriſgentium. §.
j.ff.de præſcrip.ver.naturalis.& iuriſconſultus aliquando dubita-
uit,& poſtea certum dixit.ff.de pact.iuriſgentium.§.penult. Secū
12 da,vt ſi quando in gl.ſuis † inuenimus aliquid contrarium, po-
ſteriori ſtemus,qa poſteriora corrigunt priora,vt hic,& ſ.de cog.
ſpiri.c.j.Tertia,vt archiepiſcopi videant euidenter gratiam ſibi fa
ctam,ne ſint ei ingrati,ſed in ſacrificijs,& alijs bonis,quæ fecerīt,
13 animam eius memoriæ recommodent.Seneca † Memor ſis ac-
cepti beneficij,dati nunquam,ad hoc.j.de verbor.ſigni. extraua.
ad perpetuam.[Speciali conceſſione] conſiderato iure antiquo
hæc tamen ſpecialis conceſſio quo ad omnes archiepiſcopos fa-
cit hodie ius commune.ſi.ſ.de priuile. ꝙ nonnullis.ſ. de hæreti.
ad abolendam.in fi.

¶De pœnitentiis & remiſſionibus. Rubrica.

*SVMMARIVM.*

1 *Citatus in quibus caſibus non tenetur venire.*
2 *Suffraganeus citatus ab archiepiſcopus quando tenetur venire.*
3 *Charitatiuum ſubſidium opus pietatis eſt,& miſericordiæ.*
4 *Eccleſias reſtaurare ſpectat ad bonos,& religioſos.*
5 *Vota ab initio gratuita ſunt.*

C A P. P R I M V M.

ROmana eccleſia & infra.
Ad conferendum fabricæ eccleſiæ metropo-
litanę nemo de prouintia eſt per archiepiſco
pum compellendus, ad benignam tamē nū
tiorum receptionem, ac fabricæ ſubuētionē
poteſt exprimi charitatiuus modus, ſed & in
concedendis propter hoc indulgentijs non eſt terminus gn̄alis
concilij excedendus,ſic conſtrue.[Remen.aūt archieps̄, ſeu eius
officiales nequaquā tribuant poteſtatem, quæſtorib. fabricæ Re-
1 men.eccleſiæ citandi] &c.Et ſi citati ſunt de facto,†de iure veni-
re non tenentur,etiam ad allegandum priuilegium ſuum,qa cū
certum ſit metropolitanum nō eſſe iudicem in hoc caſu, impu
ne non parebitur.arg.3.q.ij.ſi eps̄.ſm d.n.ff.de iuriſ.om.iud.l.vlti.
Sic eſt hic vnus caſus,in quo quis nō tenetur venire citatus,ſunt
& multi alij,de quib.no.ſ.de reſcri.extra.pręſenti. [Sibi reſiſtere]
quia forte volunt præ alijs audiri.[Aut hac]occaſione.ſ.ratione
quæſtę.[Nolle parere] forte ſuperuocando populo hora incon-
grua.cum tamen nec quo ad horam congruam iuriſdictionem
aliquam habeant in hoc caſu.Sed contra,quia qui nuntijs archi-
epiſcopi reſiſtit,vel eis iniuriam irrogat, puniri poteſt per archi-
epiſcopum,vt ſ.de pœnis.extra.Romana.Solu.illud loquitur in
2 caſu,†in quo contentioſa iuriſdictio ad metropolitanum perti-
net,& ideo ipſam poteſt defendere pœnali iudicio .ff. ſi quis ius
di.non ob.l.vnica.& in qua homo videtur contemni, & iudex,q
non eſt contemnendus.Hic vero loquitur in voluntaria quęſta
atque gratuita,in qua nemo eſt rīr compellendus.ſ.de cenſib.ex
parte.Et eſt arg.ꝯ quorundam religioſorum quæſtores,qui quan
do impediuntur,vel prohibentur abuſiones proferre ſolitas, ſta-
tim faciunt citari hominem coram ſuis conſeruatoribus abuſi-
uis.de quo no.ſ.de off.deleg.ſtatuimus,& tamen vltra alphabetū
in litera poſitum explanandum nullam habent penitus poteſta
tem.ſ.eo.cum ex eo.[Coram ipſo] ſ.archiepiſcopo, vel officiali-
bus ſuis.[Poteſtatem] quam non habent, & ideo ipſam cōmit-
tere non poſſunt.ij.q.7.Diabertum.ſ.de iurepatrona. ꝙ autē. ad
fi.ſ.de offi.dele.ex literis.ſ.de offi.ord.extra.Romana.¶ Super be-
nigna] ij.pars.[Ipſorum] ſ.quęſtorum.[Suffraganeos,& alios]cō
cedendo etiam literas indulgentiales,vt ſ. ſequitur. nam hic eſt
caſus ad archiepiſcopum ſpectans.ſ.eo.cap.pen. [Charitatiue]id
3 enim opus pietatis †eſt,& miſericordię. 86.di. non ſatis. & licet
4 ad bonos† & religioſos ſpectet eccleſias reſtaurare.xcvj.di.c.fi.ad
5 hoc tamen non eſt aliquis diſtringēdus,quia vota ab initio †gra
tuita ſunt.ſ.de voto.magnę.§.j.Sed contra.ſ. de his quæ fi. a ma.
par.ca.c.fi.Sol.ibi loquitur,quando maior pars capituli concor-
dat,cui regulariter ſtandum eſt,vt in eo.ti.c.j.Sed & ibi loquitur
de illis,quorum intereſt principaliter,& qui ad hoc tenētur.ſ. de
eccle.ędi.c.j.& de his qui archiepiſcopo ſubſunt immediate. hic
vero ſi conſideres,totum conuerſum poteris reperire, & vide,qđ
ibi no.¶In concedendis] 3.pars.[Indulgentiis] i. indulgentiarū
literis,quas ſuper hoc poteſt concedere.vt ſ.no.[Concilij genera
lis] ſ.eo.cum ex eo.§.ad hoc quia per indiſcretas.Quis autē poſ
ſit facere remiſſiones iſtas,& quibus proſint, & ad quid valeant,
& vbi operantur,dic,vt plene no.in Sum.eo.tit.ſub rubrica.de re
miſſionibus.in eiſdem.§.& ſ.de exceſſ.pręla.accedentibus.

¶De ſententia excommunicationis. Rubrica.

*SVMMARIVM.*

1 *Sententiam excommunicationis proferens debet habere animum propinandi medicinam non mortem.*
2 *Sententia excōicationis eſt medicina animæ peccatricis, & purgat infirmum ex vomitu peccatorum.& nu.17.*
3 *Superior corrigendo ſubditos debet habere diſciplinam & miſericordiam.*
4 *Fatuo compati debet diſciplinans.*
5 *Medicus ſpiritualis debet eſſe prouidus,& cautus.*
6 *Sententia ſi feratur ad uindictam,vel odio vel rancore Deus ſcit cui omnia oc culta ſunt nuda, & aperta.*
7 *Iudex iudicando tria debet facere,conſiderare cauſam,ſeruare ordinem, et cō paſſionem habere.*
8 *Abbas,& prior an teneantur ſententiando ſeruare formam capi.j.de ſent.ex- com.in vi.& nu.9.*
10 *Excommunicare quid ſit.*
11 *Anima eſt proponenda omnibus mundanis rebus.*
12 *Sententia excōicationis in ſcriptis eſt ferenda,et in ea cauſam debet exprimi, ita & interdicti,& ſuſpenſionis.nu.14.15.& 21.*
13 *Galenus quid dicebat medicis, qui curabant infirmos infirmitatis cauſas igno rantibus.*
16 *Medicus corporalis neceſſe habet inueſtigare cauſas infirmitatis, antequam manus apponat.*
18 *Cor hominis profundum eſt,& illud ſolus Deus ſcrutabitur.*
19 *Sententia excommunicationis non eſt diffinitiua, licet habeat plerunque eius vim.*
20 *Sententia excōicationis habet maiorem participationem cum interlocutoria, quam cum diffinitiua.*
22 *Excommunicatus petens exemplum excommunicationis debet dari ab epiſco po infra menſem dummodo fuerit requiſitus congruo loco,& tempore.*
*Et quando incipit currere menſis iſte nu.23.26.& 27.*
24 *Excommunicatus ſi petijt exemplum ſententiæ ſtatim ea lata,& expectauit congruo tempore & poſtea abſentauit iudex quid aget.*
25 *Sententiæ excommunicationis exemplum debet continere ſententiam de ver- bo ad verbum.*
28 *Excommunicatus ſi petit exemplū excommunicationis debet in ſcriptis hoc petere,nec ſufficiunt teſtes.*
29 *Inſtrumentum publicum,& litera ſigillata ſigillo,authentico æquiparantur.*
30 *Epiſcopus ſuſpenſus a Pontificalibus, ſi celebrat in pontificalibus an incurrat irregularitatem.*
*Et quid ſi ordinet.nu.31.*
32 *Suſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ ſi ingreditur, & celebrat an incurrat irregula ritatem.*
33 *Suſpenſus a perceptione ſacramentorum non eſt irregularis ſi percipit.*
34 *Excommunicatus minori excommunicatione ſi celebrat non incurrit irregu- laritatem.*

35 *Cleri-*



35 *Clericus notorius fornicator,& notorius ſimoniacus ſi celebrat an incurrat ir regularitatem.*
36 *Abſoluere aliud ſignificat & aliud reuocare,vel relaxare.*
37 *Iudex qui ſententiā excommunicationis protulit ſuddite qua pœna punitur.*
38 *Stultus in culpa debet eſſe ſapiens in pœna.*
39 *Culpæ quædam ſunt in quib.culpa eſt relaxare vindictam.*
40 *Sententia excommunicationis,interdicti,& ſuſpenſionis in multis æquipara- tur.*
41 *Homo dicitur ſuſpendi non interdici.*
42 *Excommunicatus diuina celebrans,an ſit irregularis.*

C A P. P R I M V M.

CVm medicinalis & infr.
Non mortalis,ſed medicinalis non erradicās
ſed diſciplinans eſt excommunicato,niſi cō-
temnatur,vnde caueat iudex eccleſiaſticus ex
communicans,vt in eo,quod corrigentis eſt,
& medentis proſequātur cauſa expreſſa, & in
ſcriptis eadem ſn̄ia proferat infra menſem a tpe latæ ſn̄iæ, & tra
dat iudex excōicato exemplū ſcripturæ, ſi ſuper hoc requiratur,
& de requiſitione,vt exinde fides poſſit fieri ſcriptura authentica
conficiat̄,a diuinis per menſem iudex ſuſpenſus eſt, ſi hanc for-
mā tranſgrediatur. Superior ſine difficultate relaxat hac forma
non ſeruata latam ſn̄iam.Lator ad expenſas & intereſſe excōica
to condemnabitur,& prout ęquū vr̄ iudici,aliter punit̄, vt pęna
doceat,quam grauis ſit,ꝙ plerunq; talis ſn̄ia fulminatur, idē per
oīa in ſuſpenſionis,& interdicti ſn̄ijs obſeruari mandat̄.Si iudex
ſic ſuſpēſus officia diuina celebrauerit,ſicut prius exequit̄,irregu
laritatē incurrit, ſup qua nō niſi p Sūmū Pontificē diſpenſatur.
[Cum medicinalis.]Hæc verba deplumata ſunt ex eo,qđ le.ij.q.
j.multi.24.q.3.notandum.& poſſunt legi de proferente,vel de ex
cōicato.ſi de proferente intelligas,ſic expones.[Sit] i.eſſe debeat.
[Excōicatio.] quo ad proferentē.[Non mortalis] q.d. intentio-
1 nē dēt habere †proferens medicinā propinandi nō mortē: vnde
& tradit hoīem Sathanæ in interitum carnis.Not. non dicit aīæ
q̄ intendit ſaluare,vnde & ſequitur,vt ſpe ſaluus fiat.xj.qu.3.audi.
quod vtiq; fiet,dum t̄n is &c.[Si de excōicato.] ſic expones. [Cū
2 medicinalis ſit excōicatio] i.medicina animæ † peccatricis. q.d.
hæc ſn̄ia habet virtutem medicinæ,ſed dieta ſeruāda eſt, ſicut.n.
infirmitas corporis per medicinā corporalem rite propinatam,
dum t̄n infirmus medico obediat,nec ſe exponat ꝯrijs ſæpius cu
ratur,ſic per hanc medicinam ſpiritualē,ſpiritualis infirmitas ſp
purgatur.ad hoc.ſ.de pęnit.cum infirmitas. Quid eſt ergo, ꝙ per
hanc medicinam infiniti mortis periculum incurrerūt,& cater
uatim aīæ ruunt quotidie in infernū,nō eſt culpa ſpiritualis me
dici,dūmō traditiones artis canonicæ in huius exhibitione ob-
ſeruauerit medicinæ.Caueat igit̄ medicus, ꝙ eruditus ſit in hac
arte,regulas huius artis diligenter obſeruet,nec ſentiat ſe ex poſt-
facto circa infirmi cuſtodiam negligentem.arg.ſ.de æta.& qua.
ad aures.Quid enim ſi mandato ſuo contempto,dum infirmus
meſſes tpales colligere nititur,aperiatur guttur,& vitā finiat ſan-
guine.i.Dei gratia inſolidum exeunte,& vento ꝯrio ſubintrante,
nō medico,ſed infirmi fatuitati,atq; duritiæ in tali caſu erit hoc
potius imputandum.ſ.de homi.tua nos.rn̄.j. & c. poſtulaſti.ven-
tus ꝯrius eſt rebellio,& contemptus,vnde & ſequitur. dū tamē is
&c.[Diſciplinans.] diſciplina,& miſericordia multū deſtruitur,
3 ſi vna † ſine altera teneatur,ideo circa ſubditos debet ineſſe doctri
na, & iuſte conſulens miſericordia, & piæ ſęuies diſciplina.ſm
4 Greg.q.d.compati † debet fatuo diſciplinās.xlv.di.diſciplina.[Dū-
tamen is] ver.ergo ſi contemnit mortalis efficit, non t̄n eſt cul-
pa medici,ſed infirmi,vt no.ſ.ſuper verbo,non mortalis.[Contē
nat.] ꝙ ſi faciat,& iniuſta erat ſn̄ia, quo ad Deū ob cōtemptum
ligare incipit.xj.q.3.§.ſi ergo.& §.cum ergo. & ſi iuſta erat ſn̄ia li
gatur amplius ex contemptu.ſ.eo.per tuas.§.verum in alijs.[Cau
5 te prouideat.] medicus † nempe ſpiritualis debet eſſe cautus & p
uidus.ſ.de pęni.& re.oīs.§.ſacerdos autē.[Oſtēdat.] quo ad aīum
quod ex cauſa & ordine probatur q̄tum ad eccleſiam militantē,
6 ſi t̄n ad † vindictā feratur,vel ex rancore,vel ex odio hoc ſcit Deꝰ,
cui oīa occulta nuda ſunt,& aperta.ſ.de ſimo.tua nos. in fi.ſ.de
iudi.nouit.& hanc pœnam incurrit iudex ipſo iure, qđ & ſi non
in hoc mundo,in alio niſi pœnituerit manifeſtabitur,velit,nolit
ſ.de ſum.Trini.firmiter.§.hæc ſancta Trinitas.ver.venturus.in fi.
ergo nihil reſtat commoto iudici, niſi vt ex quo rancorē non p̄t
abijcere,& ſi cauſa ſubſit,& ordinem ſeruauit, nullatenus ſn̄iam
commotus proferat,ſed alii hoc committat,ſic enim,& non ali
ter tutus erit.ar.ff.de iuriſ.om.iud.prætor.ff.de neg.geſt. at qui na
7 tura.§.cum me abſente.[Quod corrigentis eſt]&c.ſ.cauſam † cō
ſiderare,ordinem ſeruare,cōpaſſionem habere, nam ſi vnum de
his tribus deficiat,ſententia eſt iniuſta,vt in concor.ſigna.ſ.c.ver.
dum t̄n is.& no.ſ.eo.ſacro. & ꝙ hęc tria requirantur in ſn̄ia ſta-
8 tim infert dicens.¶[Quiſquis ergo] 2.pars.Nunquid ergo † abba-
tes,& priores,& alii religioſi habent neceſſe hanc formā ſeruare
proculdubio eximendi fuerant,ſicut & alias a ſimilibus eximun
tur.ſ.de app.reprehenſibilis.& c.cum ſpāli.in fi.& de cenſi.extra.
Romana.in fi.& de acc.qualiter.in fi.per quæ iura quidam intel-
ligunt ipſos eſſe exemptos.quæ opinio videtur eſſe rationabilis.
Primo,quia vbi eiuſdem rationis identitas eſt, ibi debet eſſe idē
ius ſ.de tranſla.epi.inter corporalia.§.j.ver.ergo ſ.de reſcrip.inter
cæteras.ff.de lib.& poſth.Gallus.§.& quid ſi t̄m.in fi.Secundo p-
pter periculum imminens,& correctionis naturā, ac vtilitatem
publicam.arg.ſ.eo.quia periculoſum.ſ.de app.c.3.ſ de offi.ordi.
licet.Tertio propter religionis ſimplicitatē,& fauorem.arg.ſ. de
dolo & contu.c.ij.ff.de relig.& ſump.fu.ſunt perſonæ,ſed non au
deo ex me hoc aſſerere,quia verba huius cōſtitutionis reſtringūt
vt hic,vbi dicit.quiſquis quo articulo indiſtincte quælibet conti-
netur.ff.de hære.inſti.hoc articulo quiſquis.& ſ.eo. caueant autē
eccleſiarum prælati & iudices vniuerſi. nam & religioſi iudices
ſunt,& prælati.ſ.eo.cum illorum.§.nos t̄n.ſ.de ma.& obed.cum
in eccleſiis.& qui dicit quiſquis,& vniuerſi,neminē excludit.ſ.de
ma.& obe.ſolitæ.§.pe.nec obſtant prima iura in quibus alias ex-
cipiuntur, immo faciunt pro hac materia, quia ſicut ibi excipit
eos,ita & hic excepiſſet eos.ſi noluiſſet,& ſi ipſos includi non in
tellexiſſet.arg.ſ.de decimis.ad audientiam.ſ.de tranſlat.epi. inter
corporalia.§.ſed neque.pro regula teneas,quia a canone latę ſen
tentiæ maxime per Papam latæ,nullus excipitur, niſi per profe-
rentem excipiatur,ſicut.xj.q.3.qm̄ multos.nec eſt ſequēda in ta-
libus interpretatio magiſtralis,quia non eſt magiſtri interpreta-
tio,ſed condentis.ſ.eo inter alia.vbi de hoc.nec eſt hic locus arg.
a ſimili.vt patet.ſ.de priuile.ſane.Tutius igitur dicemus hac con
ſtitutione religioſos aſtringi,& hoc multiplici ratione.Prima,qa
& verba,& mens,cum excepti non ſint,in hoc concordant,vt ſ.
no.Secunda,qa in dubio,quod maxime eſt animæ tutius,& cer-
tius eſt tenendum.ſ.de ſpon.iuuenis.ſ.de cleri.excom.mi.illud il
lico.§.illud.& in re dubia verbis edicti melius eſt deſeruire. ff. de
exerci.ac.l.j.§.ſi is qui nauem.Tertia,quia forma huius conſtitu-
tionis non ſubtilitati innititur,ſed veritati, quam & decet potiſſi
me religioſos ſeruare.ſ.de iud.dilecti.ſ.de teſti.nuper.ſ.de iureiu.
& ſi Chriſtus.§.fi.hoc autem eſt de veritate, vt ex zelo detur hæc
medicina,& ꝙ cauſa ſubſit,& ꝙ in ſcriptis proferatur licet in re
ligioſo non requiratur circa monitionem tanta ſubtilitas,quan
ta in ſeculari,nec obſtant rationes ſupra inductæ.verſic. quæ opi
nio.fateor enim,ꝙ Papa bene faceret,ſi ipſos ſpecialiter accepta
ret,ſed ego non ſum Papa,nec prę ſumptuoſę audeo officiū ſum
mi Pontificis vſurpare,hoc enim reprehenſibile eſt in legato. ſ.
de off.leg.ꝙ tranſlationem.ſ.de vſu pal.niſi ſpecialis. & de tranſl.
9 epi.c.j.Dic ergo quiſquis † ſ.iudex eccleſiaſticus ſecularis, vel reli-
gioſus magnus,maior vel maximus.excepto Papa qui non ſub-
iacet,& exceptis his,quos & inquantum eximere noluerit, ſicut
patet de epis & ſuperioribus,ꝙ & ſi teneantur hanc formā ſerua
re,in omnibus,& ſi hoc non faciant grauius peccent,quam alii,
tamen a ſuſpenſionis canone ſpecialiter eximuntur, ſic patet,&
no.ſ.eo.quia periculoſum.[Excommunicat] i. excōicare inten-
dit,nam ante prolationem debet deliberare,vt patet.ſ.eo. reſpō.
j.ver.caute.& in hoc notatur compatientis animus iudicis,cum
10 enim excōicare † ſit extra fraternæ,& ſpiritualis ſocietatis cōionē
hominem ponere.4.q.3.Engeltrudam.& temporaliter exulanti-
bus conſueuerint vicini compati merito & multo magis pr̄ ſpi-
ritualis compati debet ſpirituali filio ſpiritualiter exulanti, cum
11 anima † ſit mundanis rebus omnibus præponenda.xii.q.ij.pręci-
pimus.C.de ſacroſan.eccl.ſancimus.j.ff.de redi.act.iuſtiſſime.&
ideo non debet pater quandiu habet aliud,quod faciat, ad hanc
ſententiam peruenire,alioquin non conſilium capit pro liberis
paterna pietas,ſed inſanit contra iura.ff.de adulte. nec in ea lege.
ad fi.ff.quod met.cauſa.iſti quidē.in fi.ff.de inof.teſt.l.j.& de hoc
ſ.eo.dilecto.intelligas t̄n,vt ibi no.[In ſcriptis.] yſteron: proterō.
12 nam ita † debuit dicere,cauſam expreſſe conſcribat, & in ſcriptis
proferat,nempe in primis antequam medicus manus apponat,
vel ſiropum conficiat cauſam infirmitatis inueſtigare, & conſi-
derare debet, alias ei merito dici poteſt illud Galeni. ſi. cauſam
13 ignoras † quomodo curas,non eſt tui muneris, ſed fortunæ. & ꝙ
cauſam conſiderari oporteat,probatur.ſ.de tranſla.epi.c.fin.ſ.de
li.ob.c.3.ſ.de ſpon.ex literis.j.§.fi.& de deſpon.impu.c.2.ſ.de ac-
cu.cum dilecti.§.j.ante fi.in quibus de hoc 29.diſtin.c.j.& 2.C.de
edi.diui Adria.tol.l.fi.ff.de tranſact.cum hi.§.vult igitur oratio.&
dicas in ſcriptis publicis,vel priuatis.ſ.de appel.cordi.ſecundum
dominum noſtrum.vbi de hoc.[Proferat] ſ. ſententiam excom
municationis,& notatur hic ordo,qui ſeruandus eſt. & de cauſa
ſequitur,& de animo pręmiſit,vt no.ſ.ſuper verbo, excommuni
14 cat.Eſt autem nouum iſtud ius.ſ.ꝙ excommunicationis † inter-
dicti,& ſuſpenſionis ſententia in ſcriptis ſit proferenda, nec eīm
ſic antiquitus ſeruabatur,ſumitur tamen ex mente iuris antiqui
ſecundum ꝙ ſententia diffinitiua ſine ſcriptis lata, nec nomen
ſententiæ meretur habere.C.de ſent.ex breu. reti.l.ij.& 3. & ii.q.j.
in primis.& l.ſtatutis.hęc tamen eſt differentia,quia illa ſenten-
tia

tiam nulla eſt,hæc tamē aliqua,ſed iniuſta,vt no.j.eo.extra. Romana.§.ſed nec inſpe.verum,ꝙ cauſa in hac exprimatur ſententia,non eſt nouum,vt patet.ſ.eo.ſacro.immo iſtud eſt hic ſpeciale,quia in aliis ſententiis non eſt tutum cauſam exprimere, nec neceſſe.ſ.de ſenten.& re iud.ſicut nobis.vbi de hoc,& eſt hoc per mirandum,cū in hac ſententia nulla bona cauſa poſſit exprimi, niſi vna.ſ.contumacia tantum,in aliis autem ſententiis multæ, & diuerſæ cauſæ poſſunt occurrere.ſ.de ſent.& re iud. cauſam q. in fi.ideoque videretur tenendum eſſe totum cōtrarium ſ. ꝙ in hac ſententia non teneretur iudex cām exprimere, cū nulla ſit, niſi vna,& illa certa eſt,ſicut conſueuit dici in proponente rei vē di.ff.de except.rei iudi.ſi iuris.§.eandem cām.& l.& an eadem.§. actiones,quia vnica & certa eſt.ff.ſi cert.pet. certum eſt .vbi vero plures cauſæ concurrunt,deberet potius cauſa exprimi.argu.ſ.de lib.ob.c.3.vbi de hoc.Quæ eſt ergo ratio diuerſitatis? Reſpon. Sen

15 tentia† excommunicationis ligatur anima.ſ.de reb.ec.non alie. c.j.& ideo cauendum eſt,vt mature ligetur,vt patet.ſ.eo.ver. ſuperior.& licet cauſa finalis ſit certa,& vnica.ſ. contumacia, qua peccator grauiter infirmatur,eſt tamen generalis, & cāe, ex quibus inſurgit,eſſe poſſunt diuerſæ,vt patet.ſ.de verbo. ſig. ex parte. ſic infirmitas eſt cauſa generalis debilitatis & diſſolutionis cor

16 poris,ſed ſpecies ſunt plures,ſicut ergo† medicus corporis neceſſe habet inueſtigare infirmitatis cauſam, & ſpeciem antequā manum apponat,ſic & iudex eccleſiaſticus contumaciæ cauſam,&

17 ſpeciem antequam ſnīam proferat,nam hęc ſnīa† medicina eſt quæ purgat infirmum per vomitum peccatorum,& ideo eſt iuxta traditiones artis canonicæ exhibenda,vt no.ſ.eo.reſpon.j.ſuper verbo,non mortalis.traditiones autem dicunt,ꝙ ordo ſeruetur,& cauſa exprimatur,& bono zelo fiat,& per duo prima probatur tertium,vt no.ſ.eo.reſpon.j.ſuper verbo,ꝙ corrigentis.alio

18 quin † profundum eſt cor hominis,quis ſcrutabitur illud? ſolus Deus,vt patet in dicto no.ideoque per exteriora probantur interiora.ſ.de præſump.ex ſtudiis.& ſic intelligitur.ff.alias. C.de ſica. l.j.C.de iniur.ſi non conuitii.vnde & hic non ſufficit cauſa finalis,ſed requiritur cauſa cauſæ,ſed & ſi diceres, ꝙ cauſa vnica tantum eſſet,tanto facilius,& ſine periculo ipſam exprimere poſſet, vnde nec de hoc deberet conqueri,cum ipſa & ordine probatis. zelus præſumatur ab eccleſia eſſe bonus,& hoc eſt, quod tangit. ſ.eo.reſpon.j.ver.caute.igitur quantum ad prima duo neceſſe habet proferens probare,ꝙ iuſtam tulit ſententiam, quātum ad tertium vero,ſi dicatur iniuſta ſententia, poſtquam de primis duobus conſtat excommunicato incumbit probatio, ſic intellige. ſ. eo.ſacro.circa prin.& §.cumq; aduerſus.vbi innuitur,ꝙ pro ſententia,& contra ſententiam præſumatur. preterea hęc ſententia

19 non eſt diffinitiua, † licet plerunque habeat vim diffinitiuę ſententiæ,& ſecum executionem trahat,vt ſ. de appel. paſtoralis.& ideo cū ab ipſa appellari non poſſit,vt ſuperior certus ſit de mente proferentis,ſententiam,& viribus ſententiæ circa cauſę expreſſionem,fuit in hac merito ſpecialiter prouidendum, cum & maius periculum immineret,vt not.ſ. eo. quia periculoſum. Habet

20 etiam † maiorem participationem, cum interlocutoria, quam cum diffinitiua ſententia,quia ſicut interlocutoria nūquam tranſit in rem iudicatam,quantum ad iudicem, ita nec iſta quātum ad eccleſiam,quę nemini gremium claudit.C.de ſum.Tri.l.vlti. ſicut ergo in appellatione interlocutorię,& grauaminis cauſa requiritur.ſ.de appell.extra.cordi.ſic per contrarium in hac ſententia,vt ſicut ſubditus ab audientia iudicis ſui non poteſt recedere ſine cauſa,ſic nec iudex ab eadem ipſum poſſit eximere ſine cā: quod fieret,ſi ipſum ſine cauſa excommunicaret,nam idem excōicato agenti,merito ſuam audientiam denegaret.ſ.de except. exceptionem.in aliis autem diffinitiuis ſententiis non eſt tātum periculum quo ad ſubiectum ſententiæ,& imminet maius periculum in expreſſione cauſę,cum bona poſſit reiiceri,& mala exprimi ſicut notatur.in dicta decre.ſ.de teſti.ſicut nobis,& iō quo ad hoc,vt cauſa non exprimeretur,magis fuit parcendum ꝑpter vtilitatem litigātium,& authoritatem rerum iudicatarum.ff. de offi.prę.Barbarius.ff.de re iudic.in ſententiis. & vt aliquis eſſet litium finis.C.de iudi.aperiſſimi.ſ.de reſtit.ſpol.extra.frequens.§. j.ver.finem.& imputet ſibi,qui non appellauit.ſ.de ſen.& re iud. cum inter vos.& ca.quā de conſultationem.Item ęquum eſt,ꝙ ſicut appellans a diffinitiua ſententia non habet neceſſe cauſam exprimere,alias addere,vt no.ſ.de appel.extra.cordi.§.his quę. ſic nec proferens cauſam exprimere,& ex his diuerſitatis ratio ſatis patet.[Cauſam expreſſe ] ſcilicet ſpecialiter nominatam ſpecie & nomine& indiuiduo.ſ.ſ.de excepti.extra.pia.§. ſi quis igitur.

21 [Conſcribat] ideſt ſimul cum ſententia† ſcribat,ſed nec iſtud ſufficit,niſi dicat,ꝙ propter ipſam,ſ.quia in tali caſu obedire noluit ſententiam profert,& ſic neceſſe eſt,ꝙ cauſa in ſententiam exprimatur,vnde & ſequitur propter quam &c.¶[Exemplum]3.pars. Hic vult dicere,ꝙ quandocunque infra mēſem fuerit requiſitus

22 tenetur exemplum † ſententiæ tradere promulgator,quod intelligas,dummodo petens attendat locum, & tempus congruum. Quid enim ſi hoc peteret,dum eps equitat.vide. C.de dilat.a procedente.vel quando dicit officium diuinum,vel de nocte, dum velit intrare lectum? vtique & locus & tempus attendi debet xxix.diſt. ca.j.& ij.ff.de exerci. act. l.i.ſupra de tranſac.ca.ſi.in fi. Item debet expectare congruo tempore ar.ſupra de elec.cum in veteri lege.§. ſi.non enim debet venire cum ſacco paratus .ff.de ſol.quod dicimus. Item licet iudex teneatur dare omnia acta.ſupra de proba. quoniam contra falſam. non tamen punitur in aliis,ſi non dederit ſecundum tenorem illius cōſtitutionis,quo quo ad tradendum hoc exemplum ſpecialiter locum habet,vt in hoc puniatur excommunicator, ſi non paruerit huic mandato ſed & quamuis poſt menſem requiſitus teneatur dare hoc exemplum , non tamen ligatur pœna huius conſtitutionis , niſi petitum fuerit infra menſem,vt in hoc puniatur negligentia excō. municati ſecundum,do.n.cui per hanc glo.de concor.eſt ſubuē

23 tum . Tu tamen † intelligas, quod menſis iſte non currit, niſi a tempore latæ ſententiæ & requiſitionis factæ ab excommunicato,& ſic omnia plana ſunt, quia nunquam currit menſis epiſcopo,quouſq; fuerit requiſitus,vt ſupra & infra.no.nec per lapſum menſis ab hoc debito liberatur . ſ.de dolo. & contu.cum dilecti. §.præterea. Quid ſi iudex offert,& excommunicatus non vult recipere , licet iudex ante denegaſſet? dicas, quod ſemper infra menſem vltima mora nocet.ff.de peri.& con. rei ven.illud . Sed

24 quid ſi excommunicatus † ſtatim petiit exemplum lata ſententia,vel poſtea , & expectauit congruo tempore, & poſtea receſſit, & abſentauit ſe,nec reperiri poteſt,dicas , quod iudex debet mittere ad domum,& vocare familiam,& amicos,& notos,& in eccleſia publicare,quod ipſe traderet tale exemplum,ſed talis reperiri non poteſt, conſulimus ſibi , quod ſuper altari ponat vnum exemplum,& aliud mittat ad domum , & ibi tradi faciat familiæ,& ſi nullus velit recipere , dimittatur ſuper archa , vel ſuper bancha,& de hoc,ſicut de requiſitione , quæ infra ſequitur , fieri faciat publicum inſtrumentum:ſic enim quantum ad hoc pœnam,de qua infra ſequitur , euitabit.de hoc ſupra de appel.ſi iuſtus.ſupra de eo qui mit.in poſ.cauſa rei ſer.ca.ſi.ar.ſupra de dolo & contu.ca.ſi.ſupra de offi.ordi.paſtoralis.ad fi.cum ſuis concor.

25 [Scripturæ.] excommunicationem continentis de verbo † ad verbum,& annum & diem arg. ſupra de teſti. cum tu. ſupra de reſcrip.cam te.ij.q.viij.libellorum.[Excommunicato. ]per hoc qđ hic dicitur & infra eo.§.ſuperior. verſi.latorem . intelligunt quidam hanc conſtitutionem, tunc tantum & non alias locum habere , quando in perſonam certam ſententia promulgatur . Tu dic,cum.d.n.quod generalis eſt hæc conſtitutio , & ſiue certa & ſpecialis detur ſententia,ſiue generalis , & incerta generaliter locum habet,dummodo exemplum petat is,qui ſub generali & incerta poterat comprehendi, nam & in generali & in incerta ordo ſeruandus eſt , ex cauſa ſpecialiter exprimenda. immo etiam in generali,cum ferri prohibeatur.niſi ex cauſa potiſſime hoc locum habet.infra e.extra.Romana.§. ſed neque in ſpecie.& §.caueant,ſed & in dubio certius,& tutius eſt tenendum,vt no.ſupra e.§.proxi.ſuper verbo, quiſquis. [Infra menſem.] a die ſententiæ

26 † & requiſitionis connumerandum, vt ſequitur,vnde ſic debuiſſet litera ordinari infra mēſem,ſi fuerit requiſitus poſt diem ſententiæ,& ideo ſic expone.[Poſt diem ] q.d.non ante,quia nec antea lata eſt,& exemplum ſententiæ,quæ non eſt, peti non poſſet. ar.ſupra de conſti.cum acceſſiſſent. cum ſuis concor.& quia antea quærenda eſt ſententia quam ſcriptura ſententiæ.ar.ff.de iur.codicill.quidam referunt . [Si & fuerit]. q. d. ſub hac conditione

27 † currit menſis,ſi & fuerit iudex requiſitus , ergo ante aliter non tenetur,& ſic patet , quod menſis iſte a die requiſitionis tantum currit,ut no.ſupra ſuper verbo,exemplum.[Super qua]ver. [Requiſitione] ne poſſit requiſitio negari , & ſi negatur, vt inde fiat fides. ſi.ſupra eo.ſacro.[Fieri volumus. [Et nunquid ſufficerent

28 † teſtes? dicas,quod non,ſi quæras rationem.Reſpon. Hoc noluit Princeps,ut hic,quod ſufficit.Inſtit.de iur.na.§. ſed & quod Principi.ſed & hoc noluit ne variationi locus eſſet. ſi.ſupra de appel. extra.cordi.§.j.ubi de hoc . Habes & alios caſus in quibus ſcriptura requiritur notatos ſupra de cōſti.extra.Romana.§.poſtquam. ſuper verbo , in ſcriptis. [Inſtrumentum , vel literas]ſic liquet,

29 quod hæc † duo æquiparantur ſcilicet inſtrumentum publicū, & litera ſigillo authentico conſignata,vt hic,& ſupra de fi.in c. ij,vbi de hoc. Patet etiam ex hoc §. quod nedum per literam ſigillatam ſigillo iudicis authenticatam,& originalem : ſed etiam per eius exemplum(intelligas tu ſigillo iudicis authenticatum) de excommunicatione ſubditi ſit fides.xj.q.iij.curæ. ſ.de treu. & pa.c.i.ſ.de proba.poſt ceſſionem.vbi de hoc.¶[Si quis autem.]iiij. pars.[Iudicum]quorumcunque dumtaxat inferiorum epiſcopis quo ad pœnam ſuſpenſionis , de qua ſequitur , nam quo ad omnia alia omnes ligat,vt no.ſ.e.quia periculoſum. & ſ.e.§.quiſquis.[Conſtitutionis.]quo ad verba & mentem.ff.de legi.ſcire leges.[Temerarius.]No. quod is , qui iuri reſiſtit,temerarius dicitur.de hoc infra e.dilecto.[ Violator.]puta.quia ex odio , non ex charitate proceſſit.vt ſ.j reſpon.vel quia cauſam nō expreſſit, vel quia non in ſcriptis,vt ſ.quiſquis. vel quia requiſitus infra menſem

ſem



ſem exemplum tradere noluit.ſ.e.§. proxi. [Per menſem vnū.] & idem iudex quo ad animam ſuam conſcientiam ſcrutetur, quia in hoc mūdo ſibi erit iudex & teſtis.C.de fidecom.l.ſi. ſed & teneat ſibi de diſtricto iudicio.C.de iudi.rem non nouam.& no.ſ.e.reſpon. j. ſuper verbo. oſtendat . [ Ab ingreſſu eccleſiæ & diuinis.]Hæc eſt cauſa,quare ſic ſuſpenſus irregularitatem incurrit,quia ex quo ſuſpenditur a diuinis , ſiue a celebratione miſſę, non debet præſumere contra præceptum eccleſiæ facere, & ideo ſi veniat contra,irregularitatem incurrit, vt ſequitur, ſicut & excommunicatus.xj.q.iij. ſi quis eps dānatus. & habuiſti. ſi ſ.

30 de ſen.& re iudi.extra.cū ęterni.Quid ſi a† pontificalibus ſit ſuſpenſus,nunquid celebrans in pontificalibus irregularitatē incurrit?Dicunt quidam,& forte non male.ꝑm.d.n.ꝙ non. qa pœnæ ſunt molliendæ.de pęni.diſt.j. pœnæ & ꝙ talis irregularitatē incurrat,nullo iure cauetur.ꝑm.d.n.ſ.de tranſla.epi.inter corpora. §.ſed neque.Item pontificalia non ſunt de ſubſtantia ordinis,ſiue officij, quia etiam ſine ipſis celebrari poteſt,& debt. ſecundū

31 d.n.Quid ergo ſi talis† conſecret,vel ordinet; ſecundum illos, q dicunt,ꝙ ordo non eſt,non erit irregularis,ſed nos putamus cōtra.ſicut not.ſ.de ſa.vnc.c.vnico.reſpon.j.& § j.& de cōſe. ec. vle. al.aqua.nec talia ſunt ſine Pontificantibus ſolenniter expedienda, & ratione ordinis epiſcopalis competunt , vt iniuribus ſupradictis.& lxviij.di.cor epiſcopi,& no.ſ.de elec.ꝙ ſicut. §.præterea. &

32 ſ. de vſupal.c.ſi.Quid ſi ſit ſuſpenſus† ab ingreſſu eccleſiæ & ipſe nihilominus ingreditur,& celebrat? non incurrit irregularitatē quia nec talis a diuinis officijs eſt ſuſpenſus, & extra eccleſiam celebratur.ſecundum do.no.de conſe.di.j.concedimus , & ideo. iunxit hic , & diuinis.nam de ingreſſu dictum erat . ſ. eo. ſacro

33 Quid ſi ſuſpendatur † a perceptione † ſacrorum, non eſt irregularis.ſ.de cleri.excom. mi.ſi celebrat. talia enim non ſunt ordinis,nam & laici participant ſacramentis, & idem eſt.l.ꝙ non ſit irregularis, etiam ſit a collatione ſacramentorum ſuſpenſus,cū etiam per laicum baptiſmus conferatur.de conſe. di.iiii.conſtat. & c.mulier.& c.ſeq.& quia ſine ſolennitate alicuius officij conferuntur ſepius ſacramenta,ſed & licet ſequatur quandoque ad ſuſpenſionem.i.ex eo ꝙ ſi quis ſuſpenſus eſt, ꝙ talis non debet celebrare,hoc tamen non eſt ex natura ſuſpenſionis , ſed ex quadā conſequentia accidentali.& ex his rationibus conſideratis , liga-

34 tus minori † excommunicatione celebrās nullā irregularitatem incurrit.ſ.de cle.excom. mi.ſi celebrat. ꝑm.d.n.Quid de notorio

35 † fornicatore,& notorio ſimoniaco ? Dicas,ꝙ ſi talis celebrat,irregularitatem incurrit, cum a diuinis per canones ſit ſuſpenſus. ꝑm.d.n.ſ.de coha.cle.& mu.verſ.ſ.de ſimo. tanta.[Nouerit]ipſo facto.¶[Superior vero].v.pars.quicūque ſit ille,dūmodo ſuper ſit immediate.[Snīam ipſam.]contra formā huius cōſtitutionis latā.qđ eſt,ex quo deficit unū de quatuor.no.ſ.e.§.proxi.ſup verbo.violator.[Sine difficultate].i.ſine mora,ſine iuramēti pſtatione,ſine ſatisfactione,ſine cauſæ cognitione,& ſine aliquo grauamine,cū euidenter appareat, ꝙ contra hanc conſtitutionem,& iuris ordinē hmōi ſnīa ſit prolata . Sed contra , qa talis ſnīa non debet relaxari,ſed nulla pronuntiari.C.de ſen.& inter.o.iu.prolatam.ij.q.vj.§.diffinitiua . verſ. itē ſi ſnīa . Sol. Hoc ſpeciale eſt in ſnīa hac.xj.q.iij.c.j.Et eſt ratio ſpecialitatis,vt cenſura eccleſiaſtica maiorem reuerentiam habeat.ſ.de excep.extra.pia.& vt excōmunicatus obediendo,etiam tali ſententiæ mereatur.xj.q. iij.qd ergo.Et eſt ſimilis relaxatio , quando quis ligatur contra conciliū generale.ſ.de excep.ab exōmunicato.ꝑm.B.hoc non placet, qa ibi ſit abſolutio pręſtito iuramento,vt patet ibi,& in concilio generali.ſ.e.ſacro.§.j.ver.grauatus.ſed hic non puto, ꝙ debeat iurare,quia euidenter apparet ſententiam eſſe iniuſtam,ſicut nec qñ ille idem qui tulit ſententiam contra concilium generale ſuum recognoſcens errorem talem,ſnīam reuocat, vt in d.c.ſacro.§.j.

36 ver.ad quē.& §.ſi.Aliud† ergo ſonat,& ſignificat abſoluere,ꝙ habet locum in dubio, & aliud reuocare,ſeu relaxare , quod locū habet,quando cōſtat de iniuſta ſentētia euidenter. [Relaxans] hæc eſt prima pœna confuſionis & ruboris communis omni-

37 bus.[Latorē] ver.[Ad omnes expenſas.] alia, ſine †omnes, ſed ſubauditur,& eſſe ſecunda pœna communis omnibus.[Et omne]ver. [Intereſſe.]per teſtes probatum,immo per iniuramētū, cum ex delicto inſurgat quod dic,vt not. in ſumma. de ſententia.§.quis ſit effectus.ſub.§.ſed & quia aliquoties.& ſeq.Alia autem eſt condemnatio expenſarum,alia damnorum.j. de iniur. in noſtra.[Condemnet.] & hæc eſſe tertia pœna cōmunis omnibus.[Et alias puniat] ver.prout ęquū viſum fuerit iudicāti.ff. de var.& extraor.cog.l.ſi.& no.ſ.de ſen.& re iudi. extra. cū ęterni.§.ſi.ſuper verbo, conſtitutionibus.& eſt hæc quarta pœna cōmunis omnibus.Sunt & aliæ pœnæ quas patitur,de quibus no. ſ.e.ſtatuimus.§.ſi.[Condigna.] diceret quis,quare tot pœnis punitur,& reſponderetur ſtatim.[Vt pœna docente] &c.ver.ſic ergo

38 pęna docet,vt hic.xxvij.q.j.ſi homo eſſes.nam qui† ſtultus fuit in culpa, ſapiens debet eſſe in pena.; 8. di.quia ea quæ Dei ſunt.&

13 ſi quis ex.ff.de iudi.ſi longius.Secunda ratio:quia † facilius inter-
dicuntur iudicialia,quam extra iudicialia.C.de hęreti.quoniam.
& ea quæ ſunt iuris,quam ea,quæ ſunt facti.ff.de pę. quidam ſer-
ui. Tertia : quia in iudicio quilibet leuius impeditur , vbi alium
impedit,quam extra iudicium,vbi neminem proſequitur,ſed tñ
iuri ſuo innititur.Quarta: quia extra iudicium non eſt, qui diffi-
niat,& ideo maius periculum immineret,ſi vitandus eſſet,ſed in
iudicio eſt: qui diffiniat,& ideo minus periculum imminet.ar.ſ.
de appel.ſępe contingit.reſpon.j.[Legitimis actibus.]& idem eſt
in omnibus,cum ergo ob rationem ſpecialem in his caſibus nõ
videtur excommunicatus extra iudicium , patet a contrario , ꝙ
ſaltem,vbi ſententia non aſſeritur nulla fore, in omnibus alijs ẽt
extra iudicium eſt vitandus,ar.xxv.diſt.qualis.ſ.de præſum.non-
ne.ff.de iudi.cum prætor.ergo cum excommunicato notorio ne
mo debet participare in contractibus,nec valet,ꝙ ibi agat excõ-
municatus ad vtilitatem ſuam,quamuis alij contradicant.quod
dic,vt no.ſ.de excep.extra.pia.[Admittatur.] niſi ſit excommuni
catus ab epiſcopo,vel ſuperiori,nam hoc,quod hic dicitur , non
extenditur ad ſententias ſupradictorum.j. e.quoniam periculo-
ſum.ſecundum.B.d.n.contra.vt ibi no.& bene.vt patet in his,quę
no.ſ.e.ſuper verbo,extra iudicium.

*SVMMARIVM.*

1 *Monendus quis primo eſt,quam vindicta ſumatur.*
2 *Conſtitutio communis promulgatur contra commune vitium.*
3 *Pœna eſt augmentanda creſcente contumacia.*
4 *Sententia excommunicationis niſi pro mortali eſt ferenda.*
5 *Sententiam excommunicationis iniuſtè proferens,qua pęna punitur.*

CAP.



CAP. III.

STatuimus. Nullus iudicũ in participantes
excommunicatis ante monitio
nem canonicam excommunicationis maioris præ-
ſumat ſententiam fulminare, ſaluis conſtitutionib.
contra eos promulgatis,qui in dãnato crimine præſumunt par-
ticipare.Quòd ſi excommunicatus ex participatione huiuſmo-
di fortius indureſcit,poteſt iudex monitione præmiſſa canonica
participantes etiam ſimpliciter ſimili cenſura dãnare,aliter in ta
liter participantes huiuſmodi lata ſententia non tenebit, & pro-
ferens pœnam legitimam poterit formidare [Vt nullus iudicũ]
præſumat excommunicare maiori excõmunicatione ante mo
nitionem canonicam participantes[Excommunicatis] maiori
excommunicatione[Ab eo].ſ.iudice & alijs puta,oſculo, ſaluta-
tione,& ſimilibus.Vnde verſus

*Si pro delictis anathema quis efficiatur.*
*Os, orare, vale, communio menſa negatur.*

xj.q.iij.excommunicatos.& c.cum excommunicato.& c.q com
municauerit.exceptis caſib.quos habes.xj.q.iij.quoniam multos.
ſ.e.quoniam in dubiis.& c.inter alia.quod dic, vt copioſe no. in
Sum.eo.ti.§.& quæ ſit pœna[Minori]quę a ſacramentis ſeparat,
non a communione. ſ.de cler.exc.ſi celebrat. ſ.de excep.a nobis
[Canonicam].ſ.trinam.xij.q.ij.indigne.ſ.e.ꝯtingit. nam ſine ali
quo periculo hoc obſeruari poteſt , ſecus ſi feratur contra delin-
quentes,vel alias inobedientes, vbi plerunque ſufficit vna moni-
tio,quia nec tempus,nec locus patiuntur, ꝙ vlterius moneatur ,
& ideo concilium generale non dicit canonica,ſed competenti
monitione.ſ.e.ſacro.vbi de hoc[Excommunicare]nec in gene-
re dicendo excommunico omnes participantes cum tali,neque
in ſpecie dicẽdo excommunico Petrum,qui communicat Mar-
tino.ſecundum do.no. [Saluis conſtitutionibus] aliis.qui enim
communicat alicui in crimine,eadem ſententia alligatur. ſ.eo.
nuper.& c.ſi concubinæ . Quid ſi epiſcopus excommunicat ali-
quem pro crimine, & poſtea eidem communicat in eodem cri
mine,nunquid ligatur maiori? Non,qa ſua ſententia ſe ligaret. ſ.
e.nuper.quod eſſe non poteſt.ff.de arbi. l.pen.ff.de iudi. Iulianus.
arg.ff.ad Trebel.ille a quo.§.tempeſtiuum . minori tamen ligat .
xi.q.3.cum excommunicato. ſecundum B. Sed contrarium ve-
rum eſt,ligatur enim,ſicut & quiuis alius,vt patet. ſ.e. cũ deſide-
res.reſpon j.ad fi. Nec obſtant prima iura , non enim ligatur ſua
ſententia,ſed authoritate canonis a communione tamen ſuæ.ſ.
ſententię.ſ.e.nuper.§.in ſecundo.Mirum enim eſſet,ꝙ talis parti
cipans diceretur ligari per iam latam ſententiam,quomõ enim
ſententia in Martinum lata ligabit Gulielmum, non poteſt eſſe
regulariter, nec caſus iſte expreſſus iure aliquo reperitur, ad hoc.
ſ.de ſen.& re iudi. quamuis regulariter. de hoc tamen ſpacioſius
no.in Sum.e.ti.§.& quæ ſit pœna.ſub.§. quid ſi epiſcopus.[Dam-
nato.] q.d.omnia iura,quæ volunt,ꝙ aliquis poſſit ligari cum par
ticipantibus ſuis ab initio in ipſa.ſ.prolatione ſententiæ intelligẽ-
da ſunt de participibus in crimine,vel quando ex poſt facto excõ
municantur,ſecũdum ea quæ no.ſ.e.§.ſequenti.ſuper verbo,poſt
communionem: alioquin corrigerentur, quod non eſt ſentien-
dum,& hoc innuitur hic,& ſ.vbi dicit ſaluis alijs &c.& ſ.e.§.pro
xi.Sic ergo intelligas.ſ.eo.ſacris.& c.ꝙ in dubijs.xj.q. iij. rogo. & c.
excellentiſſimus.cum ſuis ſi. In hoc ergo caſu participans in cri-
mine duas ſententias incurrit,vnam ex vi prolationis ſententiæ,
& illam excommunicator non incurrit,ſed alius, aliam ex vi ca
nonis,& illam non ſolum alius,ſed etiam excommunicator in-
currit,& per hoc quod no.ſ.ſuper verbo,alijs conſtitutionibus cla
rius eluceſcit. ¶[Quod ſi ex locutione.] ij. pars. In qua reſpondet
antipophore. Diceret enim aliquis. Domine ex quo non vul-
tis,ꝙ participes excommunicentur,ſatis dormient excommuni
cati,& in ſuis fecibus remanebunt, & ipſe reſpondet chariſſime,
volumus,ꝙ excommunicentur ab initio: quia forſan per hanc
ſententiam ſine grauatione aliqua plurimi corriguntur,& ſic cõ
tinuatur iſte §.& expone ſecundum hoc quod,pro ſed.ſed ſi ex lo
cutione &c.[Indureſcat.] ſicut multi ſunt,qui dicunt, quid darẽ?
Ego in hac ſententia ita bene comedo, & bibo excommunica-
tus,& ita participant mecum homines,ſicut antea,& nullum dã
num ſentio,& ſic contẽnit excommunicationem , & vilipendit
in hoc caſu,& ſimili,vel ex quo correctionem excommunicati
competenti tempore ſpectauit.[Poterit iudex] aggrauando pau-
1 latim manum ſuam.[Poſt monitionem.]quia primo † monen-
dus eſt quis,q̃ vindicta ſumatur.xij.q.ij.indigne.ſ.de ꝯſti.ex literis.
ſ.de vi.& ho.cle.c.fi. præſentibus teſtibus per quos probari poſſit
monitio,ſi negetur.ſ.e.ſacro.alias fiat inde publicum inſtrm,vel
litera ſigillo authentico ſigillata,ar.ſ.e.extra.cum medicinalis. §.
exemplũ.Sed nunquid debent oẽs participantes ſinguli,& ſingu-
lariter admoneri? Rñ.ſi ſingularẽ perſonã ex hac cã excõicare in
tẽdas,vel plures ſingulares, ſi paucas ipſas ſigillatim & ſpecialiter
admonebis,& ſententiã proferes ſpecialem.Si aũt in oẽs partici
pantes vis ꝓmulgare ſnĩam generalẽ, ſufficit, ꝙ p̄cedat monitio
generalis,tñ.n.operabitur generalis monitio quo ad oĩa,quantũ

quo ad quædam ſpecialia ſpecialis.ff.de admi.tu.ſi duo.in fi.ff.pro
ſocio.actione.§.renuntiare.ſic.n.contra commune vitium com
2 munis † conſtitutio promulgatur.ſ.de excep.extra.pia.§.j.ver.ꝓ-
inde.& ſic ex poſt facto poteſt in participantes ferri ſententia ge-
neralis.ſ.de vſu.quãto.& c.poſt miſerabilẽ.ſ.de iudę. & ſi iudæos.
in fi.& c.cum ſit.ſ.de cle.exc.mi.c.ſi.alias.ij.Et eſt ſimile,qđ no.de
pluribus literis impetratis,vbi ſufficit,ꝙ ad ipſas tollendas dicatur
in reſcripto vltimo non obſtantibus literis impetratis.ſ. de reſcri.
ex parte decani. qđ nõ ſufficeret,ſi impetrata eſſet vnica ſpecialis.
ſ.de do.& contu.c.ij.ergo vbi generalis occurrit ſententia,non eſt
de neceſſitate monitio ſingulorum auribus inculcanda,quia nec
forſan ſufficeret pergamenum.ſ.de poſtul. præla. c.j.Sed contra:
quia hodie non eſt ferenda ſententia generalis.ſ.e.Romana.§.ca
ueant.Sol.verum eſt,niſi ex cauſa,vt ibidem.Hic autem cauſa tã
gitur,quãdo dicit,excommunicatus fortius indureſcat. Sed quia
hæc cauſa eſt in ſententia exprimenda,vt in dicto.§.caueant.põt
ad inſtructionem ſimplicium ſic formari: quia Martinus ſic ex-
communicatus a nobis & competenti tempore expectatus non
corrigitur,ſed medicinam ſibi propinatam cõtemnit in animæ
ſuæ periculum,& ſcandalum plurimorum,vel ſic non vitatur ab
aliquo,& ideo fortius indureſcit,ex quo non ſolum ſibi, ſed alijs
euidens noſcitur periculum imminere,nec facile ſit monitionẽ
ſpecialem ſingulorum auribus inculcare , monemus omnes &
ſingulos iſtius ciuitatis ab annis xiiij.& ſ.ne de cætero.cum dicto
Martino a nobis canonicè excommunicato participare præſu-
mẽt præmiſſa tali monitione publice ter in eccleſia poterit dice-
re promulgator.Cum ad correctionem Martini & participantiũ
cum eo periculum euitandum talem monitionem ter in eccle-
ſia publicari fecerimus.Idem vero peior efficiatur,nec vitetur ab
alijs,ideo omnes participantes cum eo de cętero contra monitio
nem noſtram authoritate Dei omnipotentis &c. excommuni-
cationis vinculo innodamus,ſic igitur in participantes quando-
que generalis,& quandoque ſpecialis ſententia profertur:ſic. j̃.e.
Romana.§.j.& ij.Sed quid ſi quis poſtea cum Martino commu-
nicauerit,nunquid erit denuntiandus? Non,niſi ad rationem po
ſitus hoc confiteatur, vel de participatione huiuſmodi conuin-
catur.ſ.de accuſa.ſi conſtiterit.ſ.de vſu.cum in diœceſi.ſ.de cleri.
excommu.mi.propoſuit.ſic & conſueuit dici in actione vniuer
ſali,ꝙ licet hæreditas vniuerſaliter aliquibus adiudicata fuerit,nõ
tamen fiet executio in rebus ſpecialibus,niſi primo,ꝙ de ipſa hæ-
reditate ſint, fiat fides ff. de peti. hæredi. item videndum. §. vlti.
& ll. ſequen.[ Huiuſmodi participantes. ] ſcilicet monitionem
factam ſpernentes [Conſimili.] ſcilicet maioris excommunica-
tionis.[Damnare.]ex poſt facto,quaſi dicat ab initio hac ſimpli-
ci ſententia in Martinum lata ſiue participantibus debet eſſe
contentus.Iudex tamen aggrauando manum ſuam ad hãc po-
teſt recurrere , ſi hoc exigat proteruitas contumacis ſupra vt lit.
3 non conteſta.quoniam.§.vlt. nam creſcente contumacia † pœ-
na eſt augmentanda,vt ibi,& ſ.de iudi.nouit.xxxj.diſt.quoniã in
Romani ordine.ad finem.ff. de pę. relegata. ¶[Aliter autem.] iij.
pars.[Prolata.] ſcilicet ab initio, vel ex poſt facto monitione ca-
nonica non præmiſſa. [Non teneat] ipſo iure , ſic habes hic v-
num caſum , in quo ſententia excommunicationis nulla eſt,alij
vij.no.ſ.e.extra.ſolet.rñ.j.ſuper verbo, nullam. Et no.ꝙ per hanc
decretalem ſoluitur quæſtio,qua conſueuit quæri,vtrum partici
pans cum excommunicato peccet mortaliter.Et eſt dicendum,
ꝙ non,ſi non monitus participet, & dummodo hoc non faciat
in contemptum,nam ipſe contemptus mortalis eſt,vt patet.81.
di.ſi qui ſunt presbiteri.xi.q.iii.nemo contemnat.ſed ex quo mo
nitus non abſtinet,ſed participat,ſemper mortaliter peccat quo
ad eccleſiam militãtem,vnde & excommunicari poteſt , vt hic,
ex quo monitionem contemnit,& claues eccleſiæ.ſ.eo. quoniã
in dubiis.§.ij.& ſic patet, ꝙ ante monitionẽ non ſemper peccat
mortaliter,ſed poſt monitionem participans,& inobediẽs mor-
taliter peccat,vt hic.ſ.de cle.ex.mi.ſi celebrat.§.ſi.qñque ſimpli-
citer excommunicatus eſt quis cum participibus ſuis.ſ.e.ſacris.ſ.
4 quod me.cau.ſacris.nam † non niſi pro mortali excommunica-
tionis ſnĩa eſt ferenda.xi.qõ. iii. nemo epõrum. [Pœnam legiti-
5 mam]† quę multiplex eſt.Prima tenetur actione iniuriarum.xi.
q.iii.illud.& c.temerarium.Secũda,quia punitur tanq̃ ſacrilegus.
xxiiii.q.iii.nõ imperpetuũ.Tertia,quia carere dẽt communione
hominum,& arceri ab ingreſſu eccleſiæ inquantum æquũ ſupe
rior iudicabit.24.q.iii.de illicita.Quarta,ſi ſine monitione excõ-
municat,eſt ei per menſẽ ingreſſus eccleſiæ interdictus.ſ.e.ſacro,
rñ.j.Quinta,ſi ſnĩa iniuſta appareat,condemnatur excommuni
cato ad intereſſe , als nihilominus ſi culpæ qualitas poſtulauerit
arbitrio ſuperioris puniendus.Ab his aũt oĩbus proferẽtem, ma
xime ſi laudabilis opinionis fuerit cã probabilis excuſabit.ſ.e.ſa
cro.§.cunque aduerſus excommunicatorem.& ſeq.Sexta,quia ſi
non ſeruatur ordo cõſtitutionis cum medicinalis. ſuſpenſus eſt
per menſem a diuinis officijs ipſo iure, quod dic , vt nota.ſupra
eodem. extra. cum medicinalis. §. ſi quis autem.& duobus ſe-
quentibus.

*SVMMARIVM.*

1 *Conſulendum magis eſt hic quibus maius periculum intenditur.*

2 *Sententia excommunicationis, non ligat epiſcopos, niſi contra eos ſpecialiter fuerit lata, & hoc triplici ratione.*

CAP. IIII.

QVia periculoſum eſt. A canonibus ſententijs, &
mandatis interdicti, & ſuſpenſionis latæ ſententiæ epi
ſcopi, & ſuperiores merito eximuntur, niſi in ipſis de
eiſdem expreſſa mentio habeatur, ſed & quod ſtatutum eſt in cō
ſtitutione. ſolet. §. fi. ꝙ excommunicati in certis caſibus, alias acti
bus extra iudicium non vitentur, ad eorundem epiſcoporum, &
ſuperiorum ſententias minime extendatur, imo illud obtineat
in poſterum, quod olim in caſibus talibus ſeruabatur. [Periculo-
ſum eſt epiſcopis] ideo magis ſubueniēdum eſt. xlii. diſt. quieſca
1 mus. & lxj. diſt. miramur. ff. de carbo. edic. l. j. §. ſi quis. ibi. † nā ma
gis conſulendum eſt his, quibus maius periculum intenditur. [E-
piſcopalis officij.] quo tenentur non ſolum arguere, ſed etiam in
crepare, ſuſpendere, & ligare, propter quod frequenter incurrunt
multorum odium, & inſidias patiuntur, & ideo ipſis columnis
ne corruat ædificium, magis eſt deferendum. s̄. de accuſ. qualiter.
ij. q. vij. accuſatio. [Incumbit] circa ordinationes conſecrationes,
& benedictiones ſolennes, tam perſonarum, quam locorum, &
rerum mobilium. s̄. de elec. quod ſicut. §. præterea. s̄. de conſecra.
eccle. vel altaris. aqua. lxviii. di. coepiſcopi. circa inquiſitiones, cor-
rectiones, reformationes, & alia ad iuriſdictionem epiſcopalem
pertinentia. s̄. de offi. ordi. c. j. s̄. de elect. tranſmiſſa. s̄. de exceſſi. præ-
la. accedentibus. cum ergo hæc rem tāgant publicam, & propter
huiuſmodi ſententias impediatur, ſeu retardetur executio epiſco
palis officij, vt patet. xj. q. iii. ſi quis presbiter. & c. ſi quis epiſcopus
in conſilio. s̄. de exceſſi. præla. tanta. merito eis ſubueniēdum fuit
in fauorem rei publicę, ne ipſam contingeret ex hoc lædi. [In ali-
2 quo caſu.] propter triplicem rationem. Primo, † propter metū
calumniantium, & eis inſidiantium, vt no. s̄. ſuper verbo, epiſcopa
lis officij. Secundo, propter fauorem rei publicæ, vt no. s̄. ſuper ver
bo, incumbit. Tertio, propter reuerentiam dignitatis, nam in pę
nis infligendis ſemper dignitatibus deferendum eſt & perſonis. s̄.
de offi. delega. ſane quia. & c. paſtoralis. reſpon. j. vnde & alias hac
ratione conſiderata eſt talibus deferendum, vt patet. s̄. de officio
ordina. extra. Romana. §. officialis. de clerico venatore. c. j. [Inter-
dicti, vel ſuſpēſionis.] In textu fuit primo ſic poſitum excommu-
nicationis, & interdicti, vel ſuſpenſionis. ſed d. n. Illud verbum ex-
communicationis cancellauit, & cum quæreremus ab eo, quare
hoc fecerat? Reſpōdit, ꝙ nimis fauorabilis erat canon. xvij. q. iiii.
ſi quis ſuadente. attamen aliqui præſumpſerunt, ꝙ alius canon
eſſet in cauſa. ille. ſ. quem habuiſtis. s̄. de homi. extra. pro humani.
quia illo tempore occaſione aſſiſſinorum timor, & tremor venę
rat ſuper multos, & ideo fuerat ꝓmulgatus, ſicut fuit, & ibi de hoc
cautum, & ideo quo ad canones excommunicationis epiſcopis,
& ſuperioribus non defertur. Sed quo ad alios tantum canones
interdicti, vel ſuſpenſionis ſententias continentes. Verumtamen
& præfatus d. n. idem ſenſit in excommunicationis ſententia, vt
no. ſecundum ipſum. s̄. de conceſ. præben. dilectus. [Nos delibera-
tione.] ver. [Prouida.] i. præmiſſa. forſan triplici ratione conſidera
ta. [Vt epiſcopi, & alij ſuperiores.] ſ. archiepiſcopi, primates, & pa
triarchæ. de quibus no. s̄. eo. extra. ſolet. circa principium. ſuper ver
bo, per ſuperiorem. [Nullius conſtitutionis.] ſicut eſt illa. s̄. de ſol.
c. ii. s̄. eo. ſacro. & extra. cum medicinalis. s̄. de ſenten. & re iudica.
extra. cum æterni. s̄. de elect. extra. ſtatuimus. & ſi quæ ſimiles va-
leant reperiri. Sed non excipiuntur a conſtitutionibus, quæ excō
municationem inſligūt ipſo facto, ſicut eſt illa. s̄. de homicidio.
extra. pro humani. xvii. q. iiii. ſi quis ſuadente. & aliæ conſimiles.
vt no. s̄. ſuper verbo, in aliquo caſu. [Sententiæ.] latę in genere a
Papa, vel a legato ſedis apoſtolicæ, nec enim ligantur epiſcopi ta
li ſententia, niſi ſpecificentur ibi, & dicatur, ſi quis epiſcopus, vel
quiuis alius, vel niſi de ipſis ibi, alias ſufficiens mentio habeatur.
Sed nunquid tunc tenetur archiepiſcopus? Non videtur, arg. s̄. de
reſcript. ſedes. & ff. de iniu. item apud Labeonem. §. hoc edictum.
s̄. de hæreti. ſi aduerſus. & hoc ſatis patet. s̄. eo. ver. niſi in ipſis. Licet
autem non ligentur epiſcopi, grauius tamen peccant alijs, ſi ino-
bedientes ſint. s̄. de tranſla. epiſco. inter corporalia. §. fina. [Man-
datis.] vt ſi mandat Papa, vel alius ſuperior ſolui vſque ad certam
diem certam pecuniæ quantitatem ab omnibus prælatis, & ſub-
ditis talis prouinciæ, qui non ſoluerit pecuniæ ſummam ſibi in-
iunctam, ſciat ſe ipſo iure ſuſpenſum. [Niſi in ipſis.] ver. ſ. conſtitu
tione, ſententia, ſeu mandato. [Expreſſum.] vt ſ. dicat ſi quis epi-
ſcopus, vel archiepiſcopus, primas, patriarcha, vel alius quiuis in-
ferior. Quid ſi dicat epiſcopus, & quilibet alius? Inferiores tantū
reſpiciet clauſula generalis, vt patet in his, quæ no. s̄. ſuper verbo,
ſententiæ. Quid ſi dicat epiſcopus, vel alius ſuperior? Hic videtur,
ꝙ archiepiſcopus tantum aſtringatur, & non primas, ſiue patriar
cha. argu. ff. de pę. interpretatione. & l. ſi præſes. de pœniten. diſt. j.
pœnæ. Quid ſi dicat epiſcopus, & alius quilibet ſuperior? Hic vi-
detur, ꝙ aſtringatur archiepiſcopus, & primas, non tamen pa-
triarcha. Sed cōtra: quia per hoc quod dicit, & alijs ſuperioribus,
videntur omnes alij excepti, vt hic, & s̄. eo. ver. nos deliberatione.
ergo eadem ratione per hæc eadem verba omnes videntur inclu
ſi, nam licet in fauorabilibus per talia verba omnes includeren-
tur per clauſulam incluſiuam, nec intelligerentur omnes exclu-
ſi per excluſiuam. in pœnalibus tamen omnes intelligerentur ex
cluſi per excluſiuam, non tamen per incluſiuam incluſi. Ratio
eſt: quia vnum fauorabile, aliud odioſum. ff. de liber. & poſthu-
mis. cum quidam. quod intelligitur in pœnalibus pure odioſis,
ſecus in fauorabilibus, ſicut eſt excommunicationis ſententia.
quod dic, vt no. in Summa. eo. tit. §. qualiter proferatur. reſpon. j.
verſic. fina. ¶[Hinc etiam.] ij. pars. [Sanctioni.] ideſt primæ parti
huius ſanctionis. de qua dictum eſt. s̄. e. reſpon. j. hanc ſecundam
ſanctionem adijcimus. vt illud &c. [Conſtitutione noſtra.] s̄. eo.
extra. ſolet. a nōnullis. §. fina. verſi. extra iudicium. [Vt cum quis.]
ver. in quo ponit formam conſtitutionis prædictæ. [Ad archiepi
ſcoporum.] ver. multominus primatum, & patriarcharum, arg.
s̄. de elect. cum in cunctis. [Nullatenus.] ergo ſi quis ſit excom-
municatus ab epiſcopo, vel ſuperiore, licet dicat excommunica-
tus ſententiam nullā eſſe pro eo ꝙ lata fuerit poſt appellationem
legitimam ab ipſo canonicè interiectam, nihilominus tamen ex
tra iudicium ab omnibus eſt vitandus, & in iudicijs ſimiliter, ex-
cepto articulo, de quo agitur, & per quem dicit ſe non ligatum:
quia & ſic in omnibus canonum ſententiis antiquitus ſeruaba-
tur, vt no. s̄. eo. per tuas. xj. q. iii. ſi epiſcopus. forte & ſic ſunt in hoc
caſu epiſcopi ſpecialiter priuilegiati, ſicut & in alijs, qui continen
tur in primo reſponſo. s̄. & in alio. s̄. de priuilegijs. quod nonnul-
lis. ſecundum. B. Sed. d. n. contra. vt in ſequenti glo. & bene. [Sed il
lud.] ver. [Quod olim.] caute hoc dicit. Non enim in hoc vult di-
cere, ꝙ euitentur extra iudicium, ſed obſeruetur, quod hactenus
obſeruabatur. Nunquid enim fuit obſeruatum, ꝙ extra iudicium
vitarentur, & qui vidit teſtimonium, perhibet. d. n. & ſcimus quod
verum eſt teſtimonium eius. s̄. de appel. dilectis. §. fi. & eſt ratio. vt
no. s̄. eo. extra. ſolet. §. fina.

*SVMMARIVM.*

1 *Sententia excommunicationis generaliter quomodo profertur, & quando ligat non ſubditos.*

2 *Cauſæ confectæ, infectæ fieri non poſſunt.*

3 *Tractus futuri temporis ad iudicem non ſpectat.*

4 *Sententia excommunicationis, an contra vniuerſitatem, vel collegium ferre poteſt. & nu. 5. 8. & 10.*

6 *Vniuerſitas vnum corpus eſt.*

7 *Excommunicatio lata contra dignitatem non valet.*

9 *Culpa ſuos debet tenere authores.*

11 *Cauſa vniuerſitatis non eſt ſingulorum, nec econtra.*

12 *Abſolutio non datur, niſi pœnitenti.*

CAP. V.

ROmana eccleſia. & inf. Nō debet archiepi-
ſcopus, vel officialis eius ſententias archidiaconorū,
ſeu quorumlibet aliorum iuriſdictionem habentiū,
ſuffraganei proprijs ſubditorum omiſſis excommunicatoribus
relaxare, niſi per conſuetudinem ſibi ſuper hoc iuriſdictio tribua
tur. Sed & eiuſdem archiepiſcopi generali ſententia alius, quam
ipſius ſubditus non ligatur, qui nec in genere, vel ſpecie occaſio-
ne etiam culparum præteritarum, vel præſentium, niſi præmiſſa
competenti monitione ferat ſententiam, prohibetur, ſed nec ge-
neralem ferat ſententiam, niſi ſubſit cauſa rationabilis, quæ etiā
in ipſa ſententia exprimatur. Sententia vero excommunicatio-
nis in vniuerſitatem, vel collegium lata nulla ſit. Sed in illos de
vniuerſitate, vel collegio, quos conſtabit eſſe culpabiles tantum-
modo, promulgetur. [Sententias.] quæ in multis æquiparantur,
vt no. s̄. e. extra. cum medicinalis. §. hęc eadem. [Iuriſdictionem]
ordinariam. multo fortius ſi delegatam: quia & tunc eſt ad dele
gantem primitus recurrendum. s̄. de offi. delega. ſuper quæſtioni
C. qui pro ſua iuriſdi. iudi. da. poſ. l. vnica. [Subditis.] omnes ſunt
ſubditi epiſcopi, ex quo de ſua diœceſi ſunt. xi. q. j. de perſona. xvi.
q. vij. omnes baſilicæ. [Excommunicatoribus] quorum ſenten-
tiæ ſunt a ſuperioribus confirmandæ & obſeruandæ, & ad quos,
ſi notum ſit ipſos iuriſdictionem habere, decet eoſdem ſuperio
res ipſos excommunicatos remittere abſoluendos. s̄ de officio or
dinarij. cum ab eccleſiarum. & c. ad reprimendam. multo fortius
ergo hoc tenetur facere archiepiſcopus in hoc caſu, cum ipſe
omiſſo medio non ſit iudex. s̄. de appel. dilecti. niſi habeat de con
ſuetudine ſpeciali; vnde & ſequitur. [Salua contraria] ver. conſue
tudine. quod dic, vt no. s̄. de app. extra. Romana. § j. & ij. ¶[Porro]
ij. pars. [Sententiæ.] bene dicit ſententiæ, nam ſi canonem feciſſet
illo ligarentur omnes. s̄. e. a nobis. ſecūdum. d. n. s̄. de loca. c. j. [Ge-
1 neraliter.] puta † excōico omnes illos, qui fecerunt furtū, ſecun-
dum dominū noſtr. [Subiectos.] ſic non ligantur, niſi ſubiecti. s̄.
de iudicijs. at ſi clerici. niſi ratione delicti efficiatur quis de fo-
ro.



ro. ſupra, de ſo. compe. ca. ſi. ¶[Sed nec in ſpecie] iij. pars. vt ſi di
cat: excommunico Petrum, quia edificauit in cęmiterio. ſecundū
dominum noſtrum. [Nec in genere] puta, excomunico omnes
illos, qui edificauerunt, vel edificauerint in cęmiterio. ſecundum
dominum noſtrum. [Cōpetenti] quaſi dicat generali, vel ſpecia
li ſecundum quod ipſam ſententiam ſpecialem, vel generalem
ferre intendit, vt nor. ſupra eo. extra. ſtatuimus. §. j. ideo etiam di-
cit competēti, quia quo ad præteritum debet eſſe trina ibi enim
2 non eſt periculum † cū factæ cauſę, infectę fieri non poſſunt. ff.
de cap. & poſtli. reuer. l. in bello. §. factæ. Sed quo ad præſens tem-
pus ſufficit ſpecialis & vnica, ſi periculum graue immineat, puta,
quia omnes habent gladios extractos, & multa, niſi occuratur,
homicidia ſunt parata. argu. ff. de vſur. equiſſimum. ff. de damno.
infe. l. j. Sed quid ſi præſumat iudex probabiliter quod propter
ſententiam a malo concepto non abſtinebunt? Conſulimus, ꝙ
ſententiam non proferat, ſed intendens ſolummodo commina
nari dicat, ſub pœna excommunicationis vobis dicimus, quòd
omnes intretis noſtra hoſpitia, vel a cedibus & percutionibus ab
ſtineatis: alias talis ſententia, non medicinalis eſſet, ſed mortalis:
cōtra iura. ſupra eo. extra. cum medicinalis. ſupra, de cohabitatio
ne cleri. & mulie. clericos. [Iniuſtas] per hoc euidenter probatur,
ꝙ ſententia lata contra conſtitutionem. ſupra eo. extra. cum me-
dicinalis. & ca. ſacro. mero iure tenet, & ſi iniuſta ſit, ſic xj. aſ. 12.
quæſtio. 3. ca. j. alias non diceret hic ſententias tales eſſe iniuſtas,
ſed nullas. ſm. B. vt s̄. eo. ſtatuimus. ad finem. ¶[Caueant] &c. quar-
ta pars. ſcilicet archiepiſcopi & officiales ſui. [Sētētias] ſ. excōica
tionis, ſuſpenſionis, & interdicti, de quibus dixit. s̄. reſponſo. j. ſed
maxime cauendum eſt ab excommunicatione. [In aliquos] etiā
3 ſubditos. [Pro futuris] ſic patet, quòd † tractus futuri temporis ad
iudicem non pertinet. ff. de vſur. l. j. nec aliquis eſt excommunicā
dus in genere, nec in ſpecie, niſi ex cauſa, & præmiſſa monitio-
ne. ſupra eo. ſacro. & extra. ſtatuimus. Contra. ſupra eo. a nobis. j.
Solu. ibi loquitur in canone, hic in ſententia, vt notatur. ſupra eo.
§. porro. ſuper verbo. ſententiæ. [Niſi mora.] puta, iniunxit iu-
dex Petro, vt ſolueret Ioanni decem vſque ad. xv. dies. in
quibus ſibi fuerat condemnatus, non curauit ſatiſfacere, & termi-
nus eſt elapſus, in hoc caſu ſic poteſt dicere, quia Petrus non ſatiſ-
fecit ad mandatū noſtrum Ioanni infra talem terminum iā elap
ſum iō ipſum Petrū excōicamus, niſi de dictis decē dicto Ioanni
ſatisfacerit infra tale tempus. Et hoc primum exēplum de cauſa
exprimenda. Quid ſi Petrus pēdente hoc termino ſecūdo duxe-
rit appellandum? Videtur, quòd appellatio teneat & effectum la
tæ ſententiæ impediat. ſupra de appellationibus. præterea. Sed nō
eſt verum, nam illa intelligitur, quando infra primum terminū
& infra tempus congruum, hoc eſt infra decem dies tempore ꝑ
lati mandati, ſeu ſententiæ appellauit, alioquin per appellationē
minime releuatur. ſupra de appellationibus. quæſtionem. & de
ſententia & re iudicata. quod ad conſultationem. §. j. [Vel culpa]
vt ſi prælati & clerici ſint negligentes circa diuinum officium exe
quendum, ex hac cauſa poteſt ferri ſententia contra omnes illos,
qui circa illud erunt de cętero negligentes. ſecundum dominū
noſtrum. Et hoc eſt ſecundum exemplum de cauſa. [Seu offen-
ſa.] vt quia rediit ad concubinam ſibi interdictam. ſecundum do
minum noſtrum. ſupra de cohabitatione clericorū & mulierū.
clericos. & ca. ſicut ad extirpandam. hæc eſt enim manifeſta offen
ſa, pro qua poteſt ferri ſententia. ſupra eo. ſi concubinæ. ſupra de
verborum ſignificatio. cum olim. & ca. præceden. Et eſt tertiū exē
plum de cauſa. [Pręceſſerit] verſicu. accipe ver. infra ſequen. aut
alia rationabilis &c. qui debet huic continuari. [Quibus.] ſcilicet
culpa offenſa, ſiue alia cauſa rationabili expreſſis in ſententia, me
rito &c [Et taliter] quòd omnino multis craſſantibus locum ha
bet. ff. de pœnis. aut facta. §. fina. vt pœna vnius metus ſit multorū.
C. ad legem iul. repetundarum. l. j. vel metu præſumptionis. ſupra
de homicidio. extra. pro humani. §. nos igitur. alias cū igitur. ver-
ſicu. nos tanto. [Prohibenda] alias prohibēdo. [Aut alia rationa-
bilis] puta quia neſcitur, qui cōmiſit furtū, vel aliud delictum. qđ
dic, vt not. ſupra de officio ordinarii. ca. ii. [Cauſa ſubſit] puta,
quia impedit, ne quis poſſit adire iudicem, vel teſtes ſuos produ
cere. ſupra de teſtibus. tam literis. & ca. conſtitutis. j. & ſecundo.
vel ſi dicatur, excommunico omnes illos, qui crucem recepe-
runt, niſi ipſam portant publice, cum non debeant ſubtrahere
bonum exemplum, vel ſic, excommunico omnes hęreticos
tolerantes, & conſimiles. ſecundum dominum noſtrum. Tales
tamen ſunt ipſo iure excommunicati ſupra eo nouerit. vel exem
plifica. per id quod not. ſupra eo. extra. ſtatuimus. ¶[In vniuerſita-
4 tem.] quinta pars. [Penitus prohibemus.] quaſi dicat, in hac par
te poteſtatē omnino † ſubtrahimus, & ſic in hoc caſu de cętero
lata ſententia nulla erit. infra de verborum ſigificatio. veniens.
reſpon. j. ſecus ſi dixiſſet proferre non præſumat. vt ſupra de offi.
ordina. extra. Romana. §. officiales. quod dic, vt not. ſupra de priui
legijs. extra. volentes. §. in eos autē. ver. j. ſup verbo, ꝓſumat. vbi cō-
trariū innuitur, ſed ibi ſoluitur Diceret quis, quæ eſt ratio huius
prohibitionis? Rñdeo periculū animarum, quia nemo panien
dus eſt ſine culpa, & hoc eſt, ꝙ ſequitur volētes &c. vel aliter po
teſt continuari, & legi litera, vt j̄. not. ver. ſed in illos. ſuper verbo,
promulgetur. Hæc tamen ratio non multum placet, niſi excom
municator intenderet ligare ſingulos de vniuerſitate, vt hoc ex-
ponas, ſicut expoſitum fuit verbum ſimile. s̄. de teſti. extra. ad hęc
præſentiū. rñ. j. ſuper verbo, in animas conuentuum. Dicas ergo.
5 ꝙ † quātumcunque vniuerſitas, vel collegium excōmunicetur,
nunquam vniuerſitas eſt excōmunicata, nec excommunicari
poteſt, quia cum hac ſententia ligetur anima ſolummodo crea-
turę rationabilis. s̄. de rebus eccle. non alie. ſi quis presbiterorum,
& baptizate. xj. q. iij. omnis chriſtianus, patet, ꝙ vniuerſitas, quę
nec animam habet, nec baptizata eſt, excommunicari non po-
teſt. Sicut enim res vniuerſitatis non ſunt ſingulorum, nec cōtra
rio. xij. q. ij. §. qui manumittitur. ſic nec animæ ſingulorum ſunt
6 vniuerſitatis, † nā vniuerſitas vnum corpus eſt. ff. ꝙ cuiuſque vni-
uer. l. j. & monſtruoſum eſſet, ꝙ vnū corpus vniuerſitatis haberet
plures animas, ſed ſi animæ ſingulorum conſiderarentur, tot ha-
beret corpus vniuerſitatis animas, quot ſunt ſinguli, niſi forſan vi
deantur animam ponere, quam falſo fingit Auerroys, quę ſecun
dum ipſum hoībus eſt communis, qđ eſſet hęreticum dicere, &
inſanum. Ideoque hac naturali ratione conſiderata ad excōmu-
nicandum tale corpus, ſicut eſt vniuerſitas, vel collegium, natura
7 liter non eſt aptum, ſed neque † dignitas, vnde & ſi iudex dicat, ex
communico præpoſitum Ebredunen. eccleſię nomen ipſius pro
prium, reticens dignitatem, & non perſonam excommunicare
intendens, nec dignitas ligatur, cum nec animam habeat, ſed ne
que perſona, quia ipſam excōmunicare non intendit, & ſic vo-
luntas & poteſtas ad inuicē ſe impediunt. vt s̄. de offi. delega. cum
ſuper abbatia. & c. penul. & de hoc no. s̄. de immu. eccle. aduerſus.
§. fi. ver. nam & ipſum. [Innoxios]. puta etiā puer vnius diei, iſto
autem modo feretur recte ſententia excommunicationis. Excō
8 munico omnes illos de vniuerſitate qui fuerunt rebelles manda
to meo. Sed & ſentētia interdicti in vniuerſitate recte ferri poteſt,
cum & pro delicto alterius ferri poſſit. xj. q. iij. fœlix. s̄. de ſpon. nō
eſt nobis. ſecundum. d. n. Secus in excommunicatione, quę non
9 debet ferri niſi in delinquentem. xxiiij. q. iij. ſi habes, quia † culpa
ſuos debet tenere authores. s̄. de his quæ fiunt a maio. par. c. quæſi
uit. C. de pœnis. ſancimus. & ſic patet, ꝙ illi tantū de vniuerſitate,
collegio, ſiue capitulo, vel alio corpore conſimili excommuni-
candi ſunt, & non alii, qui poſſunt vere culpabiles iudicari. ſm d.
no. & non ipſa vniuerſitas. Quid enim municipes, ideſt munici-
pum vniuerſitas dolo facere poteſt? Nihil ſi vniuerſitatem conſi-
deremus ſimul collectam. ſic intellige. ff. de dolo. ſi ex dolo. §. j. Si
autem conſideremus illos per quos regitur vniuerſitas, & ex quo
rum facto ipſa obligatur. ff. ad municipa. municeps. & l. ꝙ maior
pars. & l. magiſtratus. C. de iuramen. calum. l. ij. §. hoc etiam. ff. de
condi. & demon. municipalibus. & dolum & violentiam inferre
poteſt, & ſic intellige. ff. quod me. cau. metum. §. animaduertēdū.
Alii dicunt ꝙ vix poteſt, ſed ex dolo tamen poteſt, vt in l. metū.
ff. de iudi. vix. Sed pro certo illud vix, ſi magna ſit vniuerſitas, qua-
10 ſi impoſſibile cōtinet. Ideo † melius eſt, vt intelligas, vt prædixi, ſic
que debent ſinguli culpabiles, maxime hi, per quos tale corpus,
regitur, & quos magis conſtat eſſe culpabiles, & non ipſum cor-
pus, quod caret anima per excommunicationis ſententiam coer
ceri, vt hic & s̄. de cleri. excommu. mi. latores. vnde & ſequitur hu
iuſmodi ſententia. ſ. excommunicationis promulgetur, nā aliud
eſt in ſententia interdicti, vt dictum eſt. [Sed in illos]. ver. ſenten-
excommunicationis promulgetur: quos conſtiterit eſſe culpabi
les: hoc autem facimus, volentes animarum vitare periculū &c
vt ſupra ſed & aliter poteſt legi. vt not. ſupra ſuper verbo, penitus
prohibemus. ver. diceret quis. [Culpabiles]. Dicunt quidam ꝙ
nec iſti ſunt excommunicandi, niſi primo ordine iudiciario cō
uincantur, quamuis conſtet capitulum, vel vniuerſitatem culpa
11 biles fore, & ipſos tantum ſingulares, quia † cauſa vniuerſitatis
non eſt ſingulorum, nec econtrario xii. q. iij. qui manumittitur.
ergo oportet, ꝙ hi conuincantur. ſupra eo. ſacro. ij. q. j. nemo. nam
& ſi capitulum non vult recipere aliquem in canonicum, quid
ad ſingulares, vel ſi non comparet citatus, nempe ſi veniret ſingu
laris, non admitteretur, niſi probaret mandatum, vel caueret, nec
poſſent ſingulares ſine capitulo aliquid quod ad ipſum pertineat
expedire. s̄. de his quę fi. a ma. par. ca c. j. & ii. Alii dicunt & forte
melius. ſecundum. d. n. Quod authoritate huiuſmodi conſtitu-
tionis poſſunt excommunicare iudices tales ſine alia cauſę co-
gnitione dumtamen conſtet eis de culpa, ſed ſi de ipſa non con-
ſtaret abſtinere debent. ij. qō. j. nos in quemquam. & c. nemo. Sed
nunquid appellatio nomine capituli facta tuebitur tales ſingłs, ſi
iudex, a quo appellatū erat, delegatus eſt. ſic: quia ſublato princi-
pali ſublatū eſt, & acceſſoriū. s̄. de ꝓſti. tranſlato. Si vero ordinarius
occaſione articuli, ſup quo appellatū eſt, non poteſt ſe iudex in-
tromittere de cauſa ad ſuperiorē delata. iij. q. vj. dudū. s̄. de offi. le-
ga. licet. Quid ſi iudex poſt talē appellationem excōmunicauit
aliquem de canonicis, nunquid poteſt petere capitulum pronun
ciari nullam eſſe talem ſenteniam nomine capituli, vel ipſum

defendendo fecit illud, propter quod eſt excommunicatus, vel
alias interſit ipſius capituli etiam ratione famę, quia diffamatur
capitulum pro eo quòd canonicus ſuus ſic denũciatur tanquam
excommunicatus? hoc petere poteſt.ar.ff.de fer.l. §. ſi vero. Si au-
tem capitulum vellet dicere ſententiam iniuſtam, hoc non poſ-
11 ſet, quia nec abſolutio† datur, niſi pęnitenti. ſecundum quoſdam
11.quæſtio. 3. cum aliquis. & quod dictum eſt excommunicato
pro capitulo, idem intelligas de rectoribus excommunicatis pro
negotijs ciuitatum ſecundum do.no.

*SVMMARIVM.*

1 *Vim vi repellere licet, & quomodo intelligenda ſunt hæc verba.*
2 *Homicidium ſemper committitur licet defendendo, & tenetur ſi homicida vi-
uum hominem capere poſſet.*
3 *Pelagia non facit qui percutit, ſed qui repercutit.*
4 *Sententia excommunicationis quibus modis contemni dicitur.*
5 *Iniuriam proximi quilibet tenetur, ſicut ſuam propulſare.*
6 *Seruus tenetur potius iuuare dominum, quam ſeipſum.*
7 *Clericis licitum non eſt effundere ſanguinem per ſe, nec per alios.*
8 *Clericis in quibus caſibus licet ſumere arma.*

## CAP. VI.

DIlecto filio & infra. Hęc debet eſſe in-
ſcriptio Inno. iiij.
